




~~29-a-6~~



2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

R. 27330

(1)

IOANNIS MEVRSI A.D.

E X E R C I T A T I O N V M
C R I T I C A R V M

Del Collo de la Compa de J. de Granada SBBB
Partes I I.

Quarum Prima

Curarum Plautinarum

Commentarium. Opus damnatae
ad pungere fermea.

Secunda

Animadversionum Misce-

larum libros quatuor ex commissione of-
ficii Inquisitionis Ne-
cristie expurgatus est ad
proscripti monachorum expurgatio-
nes non sime.

Granada an 1709

LUGDUNI BATAVORUM,
Ex officinâ Ludovici Elzevirii.

A N N O C I O. I O. X C I X.



141868247

Nobiliss. & Ampliss. Viro,

IACOBO AVGVSTO

THVANO, CHRISTIANISS.

Galliarum Regis Consiliario,
& Regni Curiæ Prasidi,

IOANNES MEVRSIUS S. D.



On temerè illud à Cicerone dictum, Vir Ampliss. *Honos alit artes, omnesque incenduntur ad studia gloria.* Gloria enim est, quam unam sibi laborū mercedē animus ingenuus deside rat. Gloria est, quæ efficit ut post mortem vivamus, id est, ut nunquam moriamur. Meritò itaque ad eam iter affectant, quicunque sunt τοις ἀμείνονος πηλοῖς. Et tamen aliter sentiunt tenebriones isti, quorum degeneres animi nobile nihil spirant, aut præclarū. Certè sic statuendū, quanto quis gloriae cupidior, tanto majorem in eo bonæ mentis esse scintillam. Contenditur autem ad eam viâ duplice, aut virtute bellicâ, aut doctrinâ. Sed ea quæ doctrinâ acquiritur, & præstantior multò, & vivacior existit. Præstātior quidem, quia ingenii magnitudine parta,

cum illa virium: quia propriâ virtute, cum illa
alienis militum auxiliis; & nisi Fortuna faveat
atque Eventus, frustrâ quæritur: postremò,
quia placidè & tranquillè, cum illa per vim,
& sanguinem humanum. Iam & vivaciorē
dixi, meritò: vivunt enim docti semper, legū-
tur eorum scripta, laudantur, in sinu tenen-
tur; illorum gloria omnis, statim à funere col-
labitur, nisi aliquem gestorum suorum præ-
conem nanciscantur. Hoc ipsum Alexander
ille verè Magnus scivit, qui immortalem glo-
riam magno animo spirans, cum in Sigéum
ad tumulum Achillis fortissimi Græcorū ve-
nisset, felicem eum dicere, quod Homericis
carminibus celebratus esset, non dubitavit.
Quod cum ita sit, utram quis viam tamen ad
gloriam insistat, laudem incretur p̄eclarām,
Hāc tamen fini, ut & eum sibi ob oculos ha-
beat, qui fons & scatebra illius. Quod quotus-
quisque hodiè facit? dolendum profectò in
tantâ claritate lucis divinæ. Iusta illa Plinii
querela. *Multi famam, conscientiam pauci
verentur.* Dum enim in id incumbunt, ut ca-
ducam hanc & follicularem vitam in hono-
ribus transeant, æternam illam gloriani non
sectantur, quia actiones & studia sua ad ejus
hono-

honorem non referunt, à quo acceperunt ut
sublimius ceteris saperent, à quo ad aliquod
fastigium evesti. Et quamvis quidem probè
vitam instituant, malè tamen vivunt, quia
non in Dei gloriam: Præteteà nimis multi
beneficiorum divinorum memoriam ex ani-
mo delent ingratī, tanquam suâ virtute quid-
quid habent comparascent; & omne id quod
in se laudabile judicant, nō Deo imputant,
sed sibi: debebant tamē in Deo potius gloria-
ri, (cum nihil habeant secundūm Apostoli
dictum, quod non ab ipso,) in eoque se ipsos
amare. Optimē autem se amant, cum ejus
dona in se: nam & Dei hoc ipsum amat in
illis, quod à benignâ suâ manu habent. Ho-
rum itaque mens, quoniam glorię quām vir-
tutum avidior, famē quām conscientiæ dili-
gentior, in cupiditatibus planè effrenis est, in
honoribus cæca & tumida, ideoque gravissi-
mam in se & justissimam Dei Opt. Max. iram
provocant. Tu, Vir Amplissime, longè ab
hoc hominum genere divertis, Deumque &
Pietatem serio colis: os tibi non sublino, non
novi aulicorum artes, testantur id abundè Sa-
cra Poëmiata tua, quæ dono à te nuper nihil
tale expectanti misla, ut debui, grara habui, &

AD LECTOREM.

gratias ago quod dignum existimaveris cui
ea donares. Accipe vicissim, quas àntidóque
dixi tibi paravi, Plautinas has meas Curas,
amoris erga te observantiaeque publicum te-
stimonium. Censeo autē nominis tui splen-
dorem autoritatē emque apud probos erudi-
tosque gratiam mihi haud mediocrem con-
ciliaturum; inuidos verò & malevolos, quo-
rum nimis ferax hoc ævum, compressurum.
Vale. V. N. & me porrò favore tuo com-
pletere. Lugd. Batavorum xiv. KL. April.
cb. b. xcix.

AD

Lauti editionem, Lector benivole, jam
multi sunt anni cùm viri summi pro-
misserint, qui tamē mutato consilio om-
nium exspectationem hactenus suspen-
sam tenuerunt. Movit me et res ad
aliquid elucubrandum, quo principem
Comicū, cuius lectio maxime afficiebar, pro viribus
juvarem: nec passus sum, quantum in me, hanc ei ope-
ram ulterius deberi. Quà quidem iisdem, quos lau-
davi, viris summis, si quando huc sè gravioribus stu-
diis intermissis demittere volent, laudem nondum eri-
puisse non invitus fateor; uti nec aliis quibusvis, qui
post me eandem sibi Spartam exornandam sument.
Alius alio plura invenire potest, nemo oninia. ait
Ausonius. Idem verè de hoc Plauto dixero. Ut itaque
ratio tibi emendationum mearum constet. Contuli po-
streman Douse editionem, cum veteribus quatuor
Taruiniam anni cl^o. cccc. lxxxii. Parisiensi cl^o.
l^o. xiiii. Veneta cl^o. l^o. xvii. & Basileensi cl^o. l^o.
xxxvi. Quarum Taruiniam & Venetam Paullus
Merula vir motibus ad humānitatē effictis benignus,
hanc ex suā, illam ex Academia nostra, cui prefectus
est, bibliothecā utendas dedit, sed serius: ad Mercato-
rem enim absolveram, itaque videbis in sequentibus
tantum Comædiis citari. Nec enim libebat mibinam-
seabundo molestum illum & tedium denuò prece-
dentia omnia conferendi laborem aggredi, maximē
cum ex postremis animadverterem, nihil ferè in illis
esse quod non in Basil. reperiorem. Hoc nolui te celare
Lector. Porro quod ad Curas has meas attinet, erui
editio-

~~Collegi~~ tamen hoc qualemque Spicilegium, quod benivole Lector publico dare animum induxi. Si placebit, bene habet: nihil ultrà expeto. Vale, & quisquis es,

ÆTERNITATEM COGITA.

16. *Principis et regum* *verbi* *debet* *signo* *antrum* *conser-*
vit, *et* *rebus* *temporibus* *antrum* *debet* *signo* *conser-*
vit, *et* *rebus* *temporibus* *antrum* *debet* *signo* *conser-*
vit, *et* *rebus* *temporibus* *antrum* *debet* *signo* *conser-*

JOANNIS MEVRSI.
EXERCITATIONVM
CRITICALVM
Pars Prima
In qua
CVRARVM
Plautinarum Conf.
Metatarus.

IOANNIS MEVRSI

A.D.³

PLAVTINARVM

C V R A R V M

Commentarius,

Ad

A M P H I T R V O N E M.

Cap. I.

Peregr. Appropare. Nannium Proscenium. Apollodorus correctus.

E Avete Musæ, Plauto operam dabo, immò vobis; modò ejus vos verbis tisuras, si Latinè loqui velletis, rectè olim judicatū. Ordinar à comediā principe, quam gratarunt negare nō audebitis, vel ob Iovem patrem, qui ejus scribendæ causa fuit: vel ob Herculem cōsanguineum, cuius in eâ incunabula celebrantur. In secundo Argumento

Blepharō captius arbiter,

Uter sit non quit Amphitruo decernere.

Fortè hæc recta sunt, mihi tamen in mentem veniebat aptiūs ita constituī.

Uter sit Amphitruo non quit decernere.

Act. I. Sc. I.

Et ut res rationeſq; voſtrorum omnium
Benē expedire voltiſ peregregq; & domi.

A 2.

Vet.

Vet. cod. *Peregrīq; & domi.* Sanè *Peregrī* magis antiquitatem sapit, eoque nomine Plauto longè dignius: & ita alibi hic idem non infreuerter effert. Huc pertinet quod *Charissius* lib. II. *Peregrī* in loco, *Peregrē* ad locum significare docet.

*Nam vos quidem id jam scitis concessum & datū
Atī esse ab diis aliis nuntiis praesim & lucro.*

Hec ut me vultis approbare, annitier,

Lucrum ut perenne vobis semper suppetat:

Ita huic facietis fabula silentium.

Tertio verlu *ἀφχαιστὸς* excidit, nam aut ego sententiam non capio, aut scripsit Comicus, *me vultis appropare*, pro *Appropare*. Nam veteres dicebant *Propo*, *Propero*. *Lambo*, *Lamero*. *Blato*, *Blatero*. Porrò efferebant primā & tertią conjugatione, ut *Lavare*, *Lavere*. *Tonare*, *Tonere*. *Boare*, *Boere*. *Sonare*, *Sonere*. & talia. Iam verò *Appropare* nuntium *latum & lucrum* dictum est, quomodo *Appropare malum*, sive *damnum*, alibi in his Fabulis. Sanè quid sit *Approbare* alicui nuntium, aut *lucrum*, nemo, opinor, me docebit. Verum est quod aio. Omnis mendici origo ab archaismo non animadverso.

Nam quid ego memorem, ut alias in tragædiis

Vidi Neptunum, Virtutem, Victoriam,

Martem, Bellonam, commemorare que bona

Vobis fecissent? quis benefactis meis pater,

Deum regnator, architectus omnibus?

Non placet hæc dispunctio: magis ista quam in veteri codice meo invenio.

Nam quid ego memorem (ut alios in tragædiis

Vidi Neptunum, Virtutem, Victoriam,

Martem, Bellonam, commemorare que bona

Vobis

Vobis fecissent) quis benefactis m.p.
Nihil pote rectius.

*Etiam histriones anno cum in proscenio hic
Jovem invocarunt, venit auxilio iis fuit.*

Furcillanda hæc lectio, & de fundo Plautino, quem hactenus jure pessimo possedit, deturbanda. In veteri cod. erat.

*Etiam histriones nannio in proscenio hic
Jovem invocarunt, venit.*

Quantò melius! Nāviov, sive varviov (utroque enim modo efferebant, sicut Nār^Θ, vārv^Θ) meretrīx fuit quæ *περσικήν* cognominabatur quod splendidis se vestimentis ornaret. Athenaeus lib. XIII. Αὐτοίδι-
νος δὲ τῷ περὶ ἐπιφῶν φερούσιν φοιτού ἐπεγελάτητο
ἢ Nāvviov. οὐτι πρόσωπόν τε ἀσεῖον εἶχεν, καὶ ἔχριτο ιμα-
τίοις πολυτελέστι, ἐκδύσις δὲ τῇ αἰχετάτῃ. Suidas. Αὐ-
τοίδινος δὲ ὁ νεώτερ^Θ ἐν τῷ περὶ τῶν ἐπιφῶν τῷ Nā-
νιον φοιτοφερούσιν ἐπονομάζεται, διὰ τὸ ἔξωθεν σκοτεινὸν
ἐυμορφωτέργν τῷ). Quæ totidem verbis habes apud Harpocrationem. Comicus noster eleganti conversione, & festivā, proscenio Nannium tanquam cognomen adjungit, cum prius Nannio proscenium esset cognominis vicem.

Qui cum Alcumena est nupta Electri filia.

Etiam heic mendum latet, quod nemo in hunc diē acerrimorum tot Criticorum animadvertisit, nedum corredit: atque verum me dicere sine ullo negotio præstabo: Qui enim hæc possunt sincera esse, cum Electryon fuerit nomen patris Alcmenæ, non Ele-
ctrus, quod præfert hæc lectio: Hesiodus διασίδι.

Αλκυόνην θυγάτην λαούσαν Ήλεκτρύων.

Apollodorus βιβλιοθήκης lib. II. Ήλεκτρύων δὲ γῆ-

μας τὴν Αἰγαίην θυματέεις Αἴγαιον, ἐγέννησε θυματέρος μὲν
Αἰλαρίνην, παῖδας δὲ Στεπανίδην, Γοργοφόνον, Φιλο-
νόμον, Κελαινέα, Αἴμφιμαχον, Λυσιόμον, Χερίμαχον, Αἴ-
νάκτορα, Αἴρχελαον. ubi legendū, ἐγέννησε θυματέεις
μὲν, νῦν θυματέεις. Et sicut multos alios nō aliter no-
minare videbimus. Rescribo ergo, levi mutatione.

Qui cum Alcumena est nupta Electri filia.

Est verò μεταπλασιός ἡλέκτει, pro ἡλεκτρύων. Ita
Αἴσει pro Αἴσειων apud Lycophronem. Δάμαστη
κέντης ἀσερίω σεπταλάτη. Ipse hic Comicus noster
Mostellariā Tranium vocat servum Tranionem.

Sed Philolachetis eccum servum Tranium.

Quām liber harum rerum multarum siet.

Quantusq; amator siet, quod complacitū est semel.
Non duditem preferre lectionem V. C.

Quantusq; amator, quom quid c. c. f.

Deinde.

Et Sosia servos cuius, ego hanc fero imaginem;
Vet. cod. magis antiquè. quovis ego. Et sic semper,
quod semel heic in initio monitum volui.

Cap. 11.

Tortus. Tortulus. Pacuvius, Cato, Columel-
la, & Varro emulatii. *Tutuli.* Ophes. Martia-
nus illustratus. Ferit. Athenienses cicadas in
capite gestare soliti.

Ait Mercurius sub exodium prologi sui.

Ego his habeo hic usque in petaso pinnulas.

Tum meo patri antem tortulus inerit aureus

Sub petaso, id signum Amphitruoni non crit.

Correxerim. *tortulus inerit aureus.* Nam est ὑπονοε-
σιον τῷ *Tortus*, à torquendo. Pacuvius Dulorestē.

Nam te in tenebris sapè macerabo fame.

Classum, & fatigans artus torto distraham.

Ita legendū, nou lacerabo. Cato de Re Rust. cap.
cxxxv. *Funem exordiri oportet longum pedes.* lxxii.
*toros III. habeat lora in toros singulos i. x. lata digi-
tos II. Rescribo. tortos III. h. l. in tortos singulos. &c.*
Subdit enim. *Cum tortus erit longus pedes XLVI. in
commissurā abibunt pedes IIII.* Ergo *Torti* érant loca
contorta, qui multiplicati & coagmentati *Funes*
dicebatur. Idem error apud Columellam commis-
sus lib. v. cap. vi. *Plenioribus ramis plures palmites*
alius ab alio separati imponantur, *gracilioribus pan-
ciores, vitiq; novella tribus toris ad arborem relige-
tur.* Postea. *Torum innum imponitum oportet, cum
vires viti admitt. Scribo. tribus tortis.* Deinde. *Tor-
tum innum.* Varro quoque corruptus lib. iv. *Torale*
quod antè *Torum*: & *Torus à toruo*, quod is in prom-
ptu: ab hac similitudine *Tornissus in mulieris capite
ornatus.* Legendū eodem modo. *Torus à torto.* Po-
steaq; ab hac similitudine *Tortulus in rr. c. o.* Nam vē-
teres editiones habent *Torulus*, non *Torinus*. No-
lim autem voci Græcam etymologiam querere, cū
Latinam habeamus. Dicit verò *Torus à torto*, quia
olim lecti funibus subteti, quod notum. Porro quē,
Tortulum heic Varro, alibi *Tutulum* nominat lib. vi.
& *Matres familias crines convolutos ad verticem ca-
pitis quos habebant velatos* (recte elatos emendavit
divinus Scaliger) *dicunt Tutulos.* Atque *Tutulus* om-
nino diminutivè à *Tutus*, ut suadet *ἀναλογία*, et si nō
usitatum alicubi reperiamus: & nos Belga voce in-

8 IOANNIS MEVRSI

de detortâ Tuten appellatus, Græci οφις, quod serpentum modo in spiram essent convoluti. Hinc Martianum Capellam explico, qui lib. i. Græcis-
sans suo more Dracones vocat. *Hoc in eâ perhibetur iutuita, quod admodum pulchra, tamen antias draconibus circumflexa, crebroque capillito vulsa, ambifariumque Ital secum congressa mitificat.* Videmus muliebrem istum morem etiam apud Apuleium Miles. i. *Uberes enim crines leniter emissos, & service dependulos, ac deinde per colla dispositos, sensimq; sinuato patagio residentes, paulisper ad finem congregatos in summum verticem nodus adstruxerat.* Et tantum sanè invalecente luxuriam circa hanc strueturam fuit studium, ut si non haberent satis spissam crinum sobolem, aliundè anxiè anquirerent. Hoc est quod ait Hieronymus in epistolâ quâdam ad Demetriadem. *Quando eras in seculo, ea que erat seculi diligebas, polire faciem purpurisso, & ceruſā ora depingere, ornare crinem, & alienis capillis turritum verticem struere.* Sed vigor, itaque represso errantem hunc calamum. Redeo ad Plautum. Ad tortulum aureum Amphitruonis quod attinet, vult dicere eum Atheniensium more (& hæc Athenis fieri singuntur) capillum habere congestum in conum, & τετλιγοφορηντα, atque inde dignosci ab Amphitruone debere, qui cum Thebanus esset, alio capitum ornatu incedebat. Athenienses autem, ut se αυτοχθones esse declararent, cicadas crinum tortulis innectebant, Virgilius in Ciri.

Aurea solenni comptum quem fibula ritu

Mopōpīo, tereti neltebat dente cicadae.

elianus τοιν. isop. lib. iv. cap. xxi. Aristophani Schol.

EXERC. CRIT. PARS I.

Schol. Nubibus. Philostratus major εἰκόνων lib. ii.
Thucydides ξύλον ἀ& alii plurimi.

Adest ferit opera precium hic spectantibus.

Recte acutissimus Palmerius *Adeste reponit*, ut monet Dousa: sed Ferit non est mutandum, quia est ἀεχαιοπός pro Fuerit. Talia Attinero, Volero. Monero, & alia.

Cap. III.

Plautini versus Prisciani ope restituti. Priscianus leviter emaculatus. *Lucu. Mercator, & Cistellaria correcte. Templum antiquè. Ex templo. Minora templia. Varro reprehensus.*

A Ct. i. Sc. i. Sosia audaciam suam & confiden-
tiam jactans, ait,

*Quid faciam nunc, si tres viri me in carcerem com-
pegerint?*

Sed elegantius, si transponamus leviter voces duas:
hunc ad modum.

Quid faciam, si nunc tres viri, &c.

Atque, quod conjecturam nostram stabilit, ita citat
Priscianus libro de versibus Comicis.

— ita —

Peregrè adveniens hospitio publicitus accipiar.

Hac heri immodestia coegerit, me qui hoc

Noctis à portu ingratia excitavit.

In vet. lib. aliter constituti hi versus, & sanè rectissimi.

Ita peregrè adveniens

Hospitio publicitus accipiar,

Hac heri immodestia coegerit me,

A 5

Qui

Qui hoc noctis à portu

Ingratis excitavit.

Priscianus confirmat loco citato. *Vt titus tamē (Plautus) in hac ipsā scenā dimetris brachycatalecticis, id est, à tribus simplicibus pedibus, ut,*

Ita peregrè adveniens.

Et similiter.

Qui hoc noctis à portu.

Vel dimetris catalecticis, id est, quibus una decēt syllaba, ut

Ingratis excitavit.

Vel dimetris hypercatalecticis, id est, quibus una abndat syllaba, ut in eodem (scribo, eadem, nam ad scenam referendum.)

Hospitio publicitus accipiar.

Hinc, & multis aliis indicis codicis mei, quo utor, bonitas cognoscetur. Sequitur.

Nonne idem hoc luci me mittere potuit?

Scribo, ut erat in v. c. *hoc lucu.* Nam veteres *Lucie* etiā dicebant, ut *Noctu.* Sic Mercatore Act. 11. Sc. 1.

Ad portum hinc abii manē cum luci simul.

Iterum vet. cod. *cum lucu simul.*

Item Cistellariā. Act. 11. Sc. 1.

Postea autem cum luci primo cras nisi ambo occidero.

Vet. cod: *cum lucu primo.* Elegans sanè ἀγαθοὺς, quem invenias quoque apud Terentium Adelph. Act. v. Sc. 111.

— DE. scilicet, ita tempus fert,

Faciundum est: ceterum rus cras cum filio.

Cum primo lucu. —

Conqueritur porrò Sofia.

Opulen-

Opulento homini hoc magis servitus dura.

Vet. cod. r̄d̄ magis non agnoscit, & puto recte: Ma-
vult Plautus aliquę innumerī ita concisē loqui.
Scioli cū subaudiri intelligerent, nec phraseos ele-
gantiam caperent temerē infarserunt.

Hoc magis miser est divitis servos.

Noctesq; diesq; assiduo satis superq; est

Quo factō aut dictō adest opus, quietus ne sis:

Ipse dominus dives operis, & laboris expers,

Quodcumque homini accidit, libere posse retur.

Pergit Sofia cōqueri de iniuitate divitium, qui ser-
vis plusquam par est imponunt operis: sed quartus
versus in vet. cod. ita legitur.

Ipse, dives operis, & laboris expers.

Exrita voce secundā, quod magis placet, quippe
quod plus habeat contemptus & bilis adversus do-
minus.

*Qui multa Thebano populo acerba objecerunt fu-
nera,*

*Id vi & virtute militum victum atque expugna-
tum oppidum est.*

Melius omnino vet. cod.

Quod multa Thebano populo acerba objecit f.

Nam ad sequens carmen referri debet, non ad p̄tæ-
cedens.

— se exercitum extemplo domum

Reduēturum. —

Quid Extēmplō sit video dissipari à viris doctis:
Varro lib. vi. de L. L. explicat Continuō, quod omne
templo debet esse circumseptum, nec plus quam unit
introitum habere. In quā etymologiā non leviter ille
Romanorū doctissimus hallucinatus est. Illustrissi-
mus

mus vir Iosephus Scaliger putat esse sacrorum verbum, sacrificioque peracto à præcone pronuntiatum, quo significabatur ut exirent ex templo: quod quia cirò fiebat, inde pro citò & properè sumi cæptum fuisse. Laudanda est conjectura, non tamen sequendam arbitror: nam aliud nihil est quam *Ilico* ad verbum, quod *E loco* Grammatici interpretantur, *Templum* enim antiqui accipiebant pro loco patulo & conspicuo, vel ex quo in omnes partes circumspici posset. Claram ecce in schedis Festi. *Cōtemplari dictum est à templo, id est, loco qui ab omni parte aspici, vel ex quo omnis pars videri potest, quem antiqui T E M P L U M nominabant.* Ergo nos verum etymon eruimus. Porro quod ait Varro, *Omne templum debet esse circumscriptum, nec plusquam unum introitum habere:* Vereor ut parum ei memoria cōstiterit, nam tantum erant ea templa, quæ *Minora* dicebantur. Festus. *Minora templæ sunt ab auguribus, cum loca aliqua tabulis aut linteis sepiuntur, ne uno amplius ostio pateant,* certis verbis definita. Ad quem locum vide Scaligerum.

— magnanimi viri freti virtute & viribus

Superbè nimis, ferociter legatos nostros increpat.
Et si non temerè rejicienda hæc disputatione, nō contemnenda tamen quæ in vet. cod.

—freti virtute, & viribus

Superbi, nimis ferociter l.n.i.

Cap. i v.

Plauti locus haetenus luxatus insigniter
in integrum restitutus. Gerare, Fodare, Vel-
lare, dæxainæs. Pterelas.

VAlde ego judicii fallor, aut totus iste locus misericordie luxatus.

— ex spiratu atque anhelitu
Nebula constat: cadunt vulneris vi & virium.
Denique ut voluimus nostra superat manus,
Vicimus vi feroce.
Crebri hostes cadunt, nostri contrà ingruunt.
Sed fugam in se tamen nemo convortitur.
Nec recedit loco, quin statim rem gerat,
Animam amittunt prius quam loco demigrent:
Quisque uti steterat, jacet, obtinetque ordinem.
Hoc ubi Amphitruo herus conspicatus est meus,
Illico equites jubet dextera inducere.
Equites parent citi: ab dexterâ maxumo
Cum clamore involant, impetu alaci
Fœdant & proterunt hostium copias jure injustas.
et cod. in secundo versu cadunt nō habebat. Sed,
dixi, locus distortus, atque ira statuo restitui in
istinum debere nitorem.

*ex spiratu atque anhelitu
Nebula constat: vulneris vi & virium
Cribri hostes cadunt, nostri contrà ingruunt.
Sed fugam in se nemo tamen convertitur.
Nec recedit loco, quin statim rem gerat.
Animam amittunt, prius quam loco demigrent.
Quisque ubi steterat, jacet, obtinetque ordinem.*

*Hoc ubi Amphitruo herus conspicatus est,
Illi coequites jubet dexterā inducere.
Equites parent citi: ab dexterā maximo
Cum clamore involant, impetu alacri
Fodant & proterunt hostium copias
Jure invisas.
Denique, ut voluimus, nostra superat manus;
Vicimus vi feroceis.*

Hanc veram hujus loci lectionem pronuntiare vix
est ut dubitem, considera attentè serie Lector. Mo-
nendum autem quinto versu τὸ Gerat elle ἀπχαιδὲν
pro Gerit. Dicebant enim veteres Gerare, & Gerere,
unde Aggerare, & Exaggerare decompositum. Sic
Fodare & Fodere, ut notat Festus; quin etiam Vella-
re ad eandem faciem pro Vellere extulisse satis ar-
guit frequentativum Vellicare. In octavo τὸ Menus
omisi ex autoritate vet. cod. ne in temeritatis me
crimen induam. Deinde ex jure injustas pauxillâ
mutatione solâ de conjecturâ feci jure invisas: Se-
gregavi verò à superiori regula cui adhæserat, &
collocavi, ut sit versus monometer, præeunte vet.
codice. Porro quartus versus ita constitui debet. Sed
in fugam se nemo Nam Convortitur pro Convortit ἀ-
χαιδὲν est, quales plures est videre apud Nonium
de contrariis verborum generibus.

*Post ob virtutem hero Amphitruoni patera dona-
ta aurea est,*

Qui Pterela potitare rex solitus est. —

Aut heic ἀνοռὶ est, pro Pterelau, aut legendum
Qui Pterelias: Dicebant enim Pterelau Pterelas, si-
cuit Arcefilaus, Arcefillas. Et sic infra bis tervè rescri-
bendum.

Negque

*Neque se Luna quoquam mutat, atque uti exorta
est semel.*

In vet. cod. aliter erat. quoquam motat, statque uti e.
Nec dubitem præferre.

Cap. v.

*Pugno legere. Davi persona in Comœdia
quod vulpes in Fabulis Aësopi. Hirnea. Jr-
nella. Credebet. Simil. Debil. Famil. Subtil.
Collus. Proh fidem.*

Eâdem Sc.

SO. *Ibo ut herus quod imperavit Alcumena nuntiē.
Sed quis est hic homo, quem ante adis video hoc
noctis? non placet.*

ME. *Nullus est hoc meticulosus aquè. SO. Quom
mentem venit.*

*Illiç hoc homo denū volt pallium detexere.
Non potest, quin corrupta hæc sint; quis enim, obse-
cro, sensum mihi commodum expediet? Dispungo,
& lego.*

*Sed quis hic est homo? quem ante adis video hoc no-
ctis? non placet.*

ME. *Nullus est hoc meticulosus aquè. SO. Quem?*

*Quem? supple, video hoc noctis ante adeis. Nam refe-
rendum ad priora verba, que, cum Mercurius inter-
rupisset, eo modo resumit. Et est hæc emendatio à
vetere codice meo.*

*Alià formâ esse oportet, quem tu pugno legoris.
In vet. cod. erat. Pugno beferis, sed malè: Pugno lege-
re eleganter herclè dictum, cui responderet nostrum
idioma.*

idioma. Met een vugst belesen.

Mirum nisi hic me quasi muranā exoffare cogitat,

Ultrò istinc qui exoffat homines. —

Malè viri docti hanc vocem substituerunt, pro istic,
quòd valet, *istoc modo*. Ita alibi usurpat, ut & Apuleius. Est autem Græcismus, *τόπος*.

ME. *Aufererere, non abibis, si ego fūstem sumpsero.*

SO. *Quin med huius esse familia familiare prædico.*

Sic lego. *Quin med b.e.f.f. prædico?* Multo hæc jam effteruntur elegantius, quod unum efficit addita *σημειώσεις* nota, quæ malè erat abjecta.

Sosiam vocant Thebani Davo prognatum patre.
Rectè habet hæc; sed monendum duxi Davi persona in Comœdiâ nihil aliud esse, quam quod vulpes in Æsopi Fabulis. Philostratus libro *εἰκόνων*, lēmate Mū̄δoi. Κορνφαία δὲ Φ. χρεῖ ἀλέπηνξ γένεντα ται. Χρῆται δὲ αὐτῇ οἱ Αἰσωποὶ διαλύνεται τῶν πλείστων, ὡς ερ η κωμῳδία τῷ Δάφνῃ. Sed hoc quod subdā, proprimit ad Plautum spectabit.

ME. *Amphitryonis te esse ajebas Sosiam.* SO. *peccaveram,*

Nam Amphitryonis sociennum me esse volui dicere.

Etsi non ignorem *Socienus* cascam esse vocem, nec indignam nostro hoc, an tamen eā heic usus fuerit vehementer dubito. Lego ex vet. codice.

Nam Amphitruonis socium na med esse v. d.

Manifesto captavit *τραχήλων*, quæ minus pulchra est, si *sociennum* legamus, pulcherrima autem, si sequamur meum codicem; quod ipsum facere nulla mihi hoc in loco religio: & facile spero me doctorum virorum puncta laturum. Est præterea *ταρόδωσις*.

Quum

Quum enim Amphitruonis se esse Sosiam dixisset satis confidenter, resumit peccasse profitens, & voluntus dicere, Amphitruonis se esse socium. Nihil verius, meliusque. Atque hæc venustas omnis perit, si *sociennum* retineamus.

ME. *Dicito quidvis, nō nocebo.* SO. *tua fidei credo?*

ME. *mea?*

Vet.cod. *tua fidei credon?* Quod magis Plautinum.

Cadus erat vini, inde implevi cirneam. —

Ita ex Nonio repuluit Lambinus, sed alia editiones habent, *implvci birneam*: quod rectum est. Cato cap. lxxxii. *Indito in birneam scitile, eam demittito in aulam abenam aqua calide plenari.* ita coquito ad ignem. *Vbi coctum erit, birneam confringito, ita ponito.* Hinc Irnella *ἰποκοπίκον* apud Festum. Irnella; vas genus in sacris. Nam quod à Græcâ voce patrocinium querunt, desinant obsecro: nec tanta Nonii est authoritas, ut eā heic sequi præterea debeamus.

At ego per Mercurium juro tibi Iovē non credere,

Nam injurato, scio, plus credit mihi, qua jurato tibi.

In vet. cod. erat, *plus crederet mihi.* Facile vera Plauti lectionem eruere.

Nam injurato, scio, plus credebet mihi, q.i.t. R. R.

Pro Credebit. Et est duplex *ἀρχαιοπός*. Sic Reddebo & Addebo alibi dicit, ut Nævius *Dicebo*, *Fidebo*, quod suo loco monebimus. Pergit Mercurium sibi mirabundus Sosia comparare.

Quemadmodum ego sèp in speculum inspexi, nimis similis est mei.

Itidem habet petasum, ac vestitum, tam consimili. Et atque ego.

Ita correxit Lambinus, cum prius esset *simil est*. item

consimil est: quod ego utrumque retineo. Geminus locus postea. Sanè casci illi non aliter efferebant; sic *Debil* apud Ennum: *Famil* sive *Famel* apud Festum: *Subtil* pro *Subrilis* apud Priscianum: sic *Mugil*, *Mugilis*. *Strigil*, *Strigilis*, recto casu. Et alia eimodi.

Mala, mentum, barba, collum. —

Scribo, *barba, collus*. idq; ex authoritate Nonii Martelli. Talia multa masculino & neutro genere indifferenter usurabant. Illud autem monere me penè fugerat, ubi suprà legitur, *Prob fidi Thebani cives*, in veteri codice erat. *Prob fidem Thebani cives*. Quod purum purum Plautinum. Idem est ac si dixisset, *Oblecro vestram fidem cives Thebani. Ne mo tam fungus qui audeat reprobare.*

Cap. VI.

Suscipio, Conficio, pro verbalibus posita.

Nequiter expeditivit. Plauti lectio vindicata.

Cul. Facit. Simul. Procul. Nonius à Lambini impugnatione defensus. *Dispare*.

Sc. Bene prosperèque.

Vno ut labore absolvat arumnas duas,

Et ne in suspitione ponatur stupri,

Et clandestina ut celetur suspicio.

Mendi suspectū hunc locum habitum à Lambino video, & non injuriā: dum tamen *suscipio* réponit, non emendat, nam hoc nimis à vulgate lectionis vestigiis abit. Ego dubium nō habeo, quin *ἀξιούσιος* elegans exciderit, legendūmque sic transpositis literis, ut celetur *suscipio*. Est aut *Suscipio* *ἀξιούσιος* pro

pro verbali *Susceptio*. Éadem facie *Conficio* in solennibus verbis quibus templum finiebatur, *Conregione, conspicione, cortumione, utique ea rectissimè sensi*. Habes apud Varrorem lib. vi. sed emendata ab incomparabili viro Ios. Scaligero. Spero viros eruditos hanc meam conjecturam non difficulter admissuros.

Sc. Benè vale Alcména.

Nequiter penè expeditivit prima parasitatio.

Hæc lectio à Lambino est, & temerè nimis in textū recepta. Antea erat, *Nequiter penè expeditivit p p.* Ita signatè vet. cod. *Nequiter expeditivit nō aliud est, quā si dixisset, parum utilis fuit prima parasitatio.* Talia sunt. *Malè sanus. Malè suadus. Paullò ante.*

Prius abis quam lectus ubi cubuisti caluit locus.

Affirmo Plautum scribuisse, *Ubi concubuisti concaluit.* Priscianus lib. v. *Excipitur hic lectus, ī uīn, quīm tamen etiā hujus lectus antiquissimi protulerūt. Cornificius in primo de Canis deorum. Ipsis verò Cerevis epulis memoria novandæ gratiā lectus sternuntur. Plantus in Amphitruone. Quam lectus ubi concubuisti concaluit locus.* Et vet. cod. *concaluit præferebat.*

IV. *Ecastor condignum donum*, quali est qui donum dedit.

ME. *Immò sic condignū qualis fuit, quoi dono datuſt.* Scribo utrobique *cul est, non qualis fuit*, quod Plautinum esse nunquam credam, et si Lambinus impugnet malo jure Nonium. *Cul* veteres dicebant pro *Quale, κατ' ἄνων*: ita *Simul, Facul, Procul, pro Simile, Facile, Procile*. quæ postea adverbialiter sumi cœperunt. Dico verò *Procul* pro *Procile*: novè quidem, & audacter, ut quibusdam videbitur, verè

tamen. nam efferebant primò *Proculus Proculus*, quemadmodum *Optimus Optimus*: deinde *Proculus Proculis*, sicut multa eà facie: accipiebaturque ea vox pro remoto & longinquo propriè, quamvis Festum & Glossographum diversam notionem tradere non sita nescio. Hæc ès ταξιδω Nonii gratia, & Plauti; cuius secundus versus anteà propositus plenius & rectius in vet. cod. ita perscriptus erat.

Immò sic condignum donum, &c.

Metri lex clamat. Porrò quod Plautus neutrum pro masculino ponit, facit solens, & sine peccato, nam veteribus illis Comicis canonas Grammaticorum transilire nulla religio. Sic Aulularia, Sc. Postquam obsonavit.

Cucus ille nundinale est, in nonum diem

Solet ire coctum. —

Ita enim ex Festo lego, non *nundinalis* est. Captivis quoque, Sc. *Quæ res bene.*

Fac fidele sis fideli, cave fidem fluxam geras.

Sic habet vet. cod. & Nonius, qui tamen errat, cum pro *Fideliter* positum existimat: Nam quod *Fidelis sis Camerarius*, vir summus, propugnat, patietur si bi errorē istū à nte eripi. Sic *Cuium ager*, pro *Cuius, Trinummo*, Sc. *Minus quindecim.*

*Neque unquam quisquam est, quoius ille ager fuit,
Quin pessimè ei res vorterit, cuium fuit.*

Item Mercatore.

Eamus intro, non utibile hic locus factis tuis.

Ita lego ex veter. cod. non *utibilis*. Sub finem hujus scenæ.

*Atque quanto nox fuisti longior hæc proximâ
Tanto brevior dies ut fiat; faciam, ut aquè disparat.*

Et dies

Et dies è nocte accedat. *

Quid alii heic videant commodi sensus nescio, ego certè nihil. in vet. cod. erat.

— ut aquè dispar

Et dies & nox accedat. —

Puto veram lectionem.

— ut aquè dispare

Et dies è nocte accedat. —

Dispare, pro *Dispariter*. ut *Alacrè, Acrè, Hilarè.*

Cap. V I I.

Ecere. Ecer. Glossarium corrigitur.

AD Actum secundum perveni, quem nunc examinabo. In ipso initio.

SO. ecere. jam tuatim

Facis, ut tuis nulla apud te sit fides.

Semel hoc monebo: scribendum *Ecere*, ut *Equirine, Eiuno, Ecastor.* Efferebant etiam truncatè *Ecer* quemadmodum *Epol. Glossæ Ecer, Kata τῆς Δημητρᾶς.* Ita scribendum, non *Eccer.*

Tu me verbero audes herum ludificari?

Magis Plautinè vet. cod. *Tun' me.*

At te faciam hodie proinde ac maritus es,

Ut minus valeas, & miser sis,

Salvus domum si rediero jam.

Sequere sis, herum qui ludificas dicitis delirantibus.

Alia interpunctio vet. cod.

Salvus domum si rediero. jam

Sequere sis.

Nec paullò melior.

AL. *Immò mecum canavisti, & mecum cubuisti.*

AM. *Quid est?*AL. *Vera dico.* AM. *Non quidem hercle de hac re,
de aliis nescio.*

Vetus codex auctior versu.

AM. *Quid est?*AL. *Nihil te pudet scelest a populi in conspectum in-*
*(gredi?)*AL. *Vera dico.*
Qui cur Plauto indignus habendus sit nondum vi-
dere potui.AM. *Egone istuc dixi?* AL. *Tute istic, etim astante
hoc Sofiā.*Lego.. AL. *Tute istuc, supple. dixisti. Nihil verius.*AM. *Tum' me heri advenisse dicis?* AL. *Tum' te abi-
isse hodie hinc neges?*AM. *Ego enim verò, & me advenire nunc primum-
atio ad te domum.*Vera lectio vet.cod. AM. *Nego enim verò, &c.*AL. *Vnde hac igitur est, nisi abs te, qua mihi dono
data est?*Corrigo, *quo mibi.* Id est, à quo. Quali phrasī etiam
aliū Auctōres non illibenter usi inveniuntur.AM. *Vir ego tu⁹ sim! ne me appella falso falso nomine.*
Extrā cōtroversiam vera lectio vet.cod *falso falso n.*
Quod & Dousæ in mentein venit suspicari.

Cap. VII.

Scena. Scenaculum. Scēlum. Voces Sabino-
rum. Macrobius locus emaculatus, & Saliare
carmen apud Festum. *Ne, pro Non. Dic blan-*
*dius. Scenæ binæ in unam redactæ,**Scenæ primore Actus tertii.*

Ego.

Ego sum ille Amphitruo quoiu' st servos Sofia,
Idem Mercurius qui sit, quando commodu' st,
In superiori qui habito scenaculo.

Vetus codex variat.

*In superiori cali qui habito scenaculo.*Quæ voces insitiria non debent haberi profectò.
transpono autem, ut numeri constent.*Superiore in cali qui habito scenaculo.**Scenaculo verò p̄re isto Canaculo retineo, non inju-
riā. Sabinorum bæc vox propria queis Scena erat
quæ Cœna Romanis, etiam Scenaculum, quod iisclē
Canaculum, quod ex Paullo Festi mutilatore licet
cognoscere. usus fuit indubie hoc vocabulo quo-
que Macrobius Saturnal.lib. i.cap.viii. ubi de Sa-
turni æde. *Habet aram & ante senatum. illiō Gra-
co ritu capite aperto res divina fit.* In aliis exemplari-
bus est, & ante se canaculum. Emendo certā conje-
cturā. *Habet aram exante scenaculum.* Sic Scalam
etiam pro Calum. Inde corrigendum Saliare car-
men apud Festum.**Sed jam scalo candens Aurora obstenit suū patrē.*
Nam malè ibi se calo, ut in Macrobius, se canaculum.
Deinde obstenit pro obstinet reposui, cuius facti mei
rationem vide infrā ad Militem cap.v. Sc. Durare
nequeo.*Non edepol faciam, neque me perpetiar probri
Falso insimulatam.*Ver cod. *Ne edepol.* Facilè veram eruo lectionem,
scribendum enim absque diphthongo, *Ne edepol.*
Nam veteres *Ne pro Non usurabant, hinc Nevo-*
lo (pro quo per οὐχοτὸν Nolo) Nescio; Sc. Amphi-
truo, affum.

Quādo iste haec omnia exjurasti te mini dīxe per jocū.
Vel hinc, si non aliis indicis, codicis mei probitas
poterit estimari; nam versum hunc, quem de con-
jecturā heic ex Nonio acutissimus vir Simeo Bo-
sius collocaverat, hoc ipso loco invenio. Sc. *Quis
ad fores.*

AM. *Dic queso mi Sofia. ME. b' andius: cum Alc-
menā. AM. in eodemne
Cubiculo? ME. Immō ut arbitror corpore cor-
pus incubat.*

Confusa hic personæ, quas sic restituo.

AM. *Dic queso mi Sofia blandius: cum Alcmenā?
in eodemne*

Cubiculo? ME. Immō ut.

*Dic blandius non aliud est quam ἐυφίης. Inspice, si
ranti erit præcedentia, videbis minimè falli me in
censurā. Postea Scenam *Quis tam vaflo*, male dire-
merunt, & alterius initium cōstituerunt ad ista ver-
ba *Vos inter vos: unica enim tantum est scena, quod*
& veteris codicis autoritate comprobari potest. Eā
scenā.*

Certum est introrumpam in adis.

In vetere codice erat, in adibus. Item postea.
— *pergam in adis nunc jam.*

Icerum vet. cod. in adibus: nec aliter mss. Langiani,
& rectissimc. ἀσχατοπὸς est, appetat enim veteres
præpositioni *In*, live motum in loco, sive ad locum
significarent, indifferenter accusativum & ablati-
vum adjunxisse. Sc. *Spes atque opes.*

*Ego cunas recessim rursum vorsum trahere ac du-
cere:*

*Cod. vet. rursum prorsum. Corrigendum, vicissim
rursum*

EXERC. CRIT. PART. I. 25
*rursum prorsum, ut monui Critici Arnobiani lib. I.
cap. iv.*

Cap. IX.

Servi in pistrino *Afini* dicti, molæ *Præ-
pia*. *Nunquame. Paxim. Lacte. Mercator cor-
recta. Varro emaculatus leviter. Reducere, tra-
nsilvās. Rerogare. Reloqui. Sabinismus annota-
tus. Pragnas.*

*C*aput mihi hoc explebunt omisa quædam, ac
maximè è Langii viri optimi optinis mem-
branis observata, In illis erat iste titulus. **P L A V T I
A S I N I I A M P H I T R I O.** Et **A S I N I I** cognomē-
tum Plauto nostro in omnium Comœdiarum titu-
lis tale legitur. Quod quidem quid sibi velit, cum
nemo hactenus exposuerit, operam non puto me
lusurum, si ipsem negorii istuc sumam. Scriben-
dum verò **P L A V T I A S I N I I**. Appositum autē ei à
librariis veteribus; quia depistorum esset prosapia.
Nam olim qui in pistrino laborabant, quod idem
illis incumbet labor ad trusatiles molas, qui afi-
nis ad versatiles, per convitum *Afini* audiebant: &
molæ quoque *Præpia* contemptim nominaban-
tur. Ex hoc dicto exaudiendus etiam ipse Plautus
Curculione. Sc. *Migrare certum est.* ubi Palinurus
parasitum, nisi è Caria argentum afferat, in pistrinū
iterum detrudendum prædicit.

Paves, parasitus quia non rediit Cariā.

Afferre argentum credo. nam si non ferat,

T tormento non retineri potuit ferreo,

Quin recipere se huc esum ad præsepim suam.

Tantum de Titulo:nunc Fabulam examinare denudò incipiam. Prólogo.

Sed mos illic nunquam fuit patri meo.

Langii mss. & vet. cod. *Sed mos nunquam illi fuit patri meo.* Eruditi virti mutarunt, transpolueruntq.; cur? obsecro: quia hiatum rati nimirum, & claudicare versum. Pace eorum, dictum spero, valde falsi sunt. Scribendum autem hoc modo.

— *nunquam illi fuit patri meo.*

Id est, *nunquame.* Ita veteres dicebant, pro *Nunquā*: sic *Quame, Tame, Cume*, pro *Quam, Tam, Cum.* Sc. *Bene vale.*

IV. *Satin' habes si fœminarum nulla est, quam aquè diligam?*

ME. *Edepol ne illa si istis rebus te sciat operam dare,
Ego faxim te Amphitruonem esse malis, quam Iovem.*

Quur non præferenda vet. cod. lectio. *si illa furtivis rebus.* Per furtivas res clandestinos amores intelligit. Hoc autem nimis ineptum, quod dicat Mercurius, si Alcmena sciat Iovem cum aliis fœminis cōfuescere, facturum se ut Amphitruo esse mavellet, quam lupiter. Conjicio scribisse Comicum nostrū, *Ego paxim te A.e.m.q.I. ut sit æxaios mōs pro Pepigerum.* Id est, Quovis pignore dato cerraverim. Simile mendum Mercatore Sc. *Ecastor lege.*

Ecastor faxim, si itidem pleitantur viri,

Si quis clam uxorem duxerit scortum suam,

Ut illa exiguntur, que in se culpam commerent,

Plures viri sint vidui, quam nunc mulieres.

Nam legendum quoque. *Ecastor paxim.* Item Truculentο, Sc. *Non omnis atas.*

Quos

Quos cum celamus, si faximus consciös.

Faxim lenonum & scortorum, ut plus est, minus,

Et minus damnosorum hominum, quam nunc

sunt, siet.

Iterum scribo. *Paxim lenonum.* Arbitrium erit virorum doctorum, quibus omnia hæc mea libens meritò submitto, quippe adolescens admodum, nec iudicij adhuc per ætatem satis firmus. Hoc saltem sine Plauti fraude pronuntiare possum: Ita mihi videri. Sc. *Age, i.*

Neque lac lacti magis est simile, quam ille-ego simil est mei.

Langii membranæ. *Neque latte lacti.* Optimè: nam veteres *Lacte* dicebant primo casu. Cassius Hemina Annal. iv. *Ex Tiberi latte haurire.* Cæcilius Tithe.

Presertim que non peperit latte non habet. Varro Andabatis. *Candidū lacte è papillâ cùm fluit.* Ita corrigo apud Nonium. Sc. *Satin' parva.*

— *id modo si mercedis.*

Datur mihi, ut meus victor vir belli clueat, satis Mibi esse ducam.

Mss. Langiani, *Vir belli se reducat.* Vetus codex voce unā minus, *belli reducat.* Atque hæc vera lectio. *Reducat*, posuit *ταθίκως* antiquè, pro *Redux* st. Eodem modo etiam τὸ *Redux* passivam habet significationem, cum simplex ejus *Dux* activam.

AM. *Alcmena unum rogare te volo.* ALC. *Quid vis, roga.*

Langii ms. ALC. *Quidvis rogare, roga.* Meus codex vetus. *quidvis rogare, roga.* Puto scribisse Plautum,

28 IOAN. MEVR. EXERC. CRI. PARS I.
tum, quidvis roga, reroga. Videtur autem esse Sabi-
nismus, sic illi Eloqui ac Reloqui deos dicebant,
quam oracula redderent. Varro lib. v. Dicuntur
Eloqui ac Reloqui in fanis Sabinis è cellâ dei, qui
eloquuntur.

Enimvero pregnanti oportet & malum & malum
dare.

Optimè in Langii exemplari. *Pregnati* oportet. Nam
veteres *Pregnas, Infas, Animas, Damnas*, dicebant,
pro *Pregnans*, &c.

Amplis-

Amplissimo Viro

A CHILLI HARLAE O

Regni Curiæ Principi

IOANNES MEVRSIVS S. D.

I Gnosces, Vir Amplissime, quod occupationibus istis tuis sum-
mis obstreperere sim ausus. Satis impudenter, fateor, cum te
fleto: cum verò obseruantiam singularēm in tē meam, que
stimulos accrimos suggestis, non potui non frontem omnem
projicere. Quod ipsum feci minus in virtus, cum nunquam me-
liore danno fieri posse viderem. Quamvis autem non merue-
rim, ut benevolentia me aliqua complectaret, humanitatem
tamen tuam, quam meritum meum in consilium adhibitum
fiero. Si pess ea non decollabit, virgulam diuinam tanti hand
fecerim. Cum aliquando rucabū, hec ad Plauti Asinariam
videbo: offendes, si non ingenii, aut doctrinae, at certe animi
ingenui Notas.

A S I N A R I A M.

Cap. I.

Graxo. Verbiveleratio. Mna. Obstire. Ab-
stir. Ovidius emendatus. Priscianus notatus.
Plauti lectio defensa. Nerecētē. Nesapus.

Dixi quae ad Amphitruonem habui; Asina-
 riā jam ordo oggerit, itaque hanc per-
 curram. Prologō.

Age nunc reside, caye modo ne gratiis.

In vet. cod. erat *ne graxis*. Vetus verbum *Graxo pro*
Strepo, ex Græco, Κεράζο. Lucretius lib. v.

Quippe ibi se multi per somnia sapè loquentes,
An morbo delirantes prograxe ferantur.

Act. I. Sc. i.

LI. *Age age; usque excrea.*

DE. *Etiamne?* LI. *Quoso hercle usque ex peni-*
tis faucibus.

Etiam amplius. DE. *Nam quoisq;?* LI. *us-*
que ad mortem volo.

Malè interpunctum hīc à personis: ex vetere libro
 corrigo.

DE. *Etiam?* LI. *Amplius.* DE. *Nam q.*

Nihil vertius, quam ita scribisse Plautum. nec ex-
 istimo quenquam tam insulsum, qui reprobare au-
 sit. Sc. *Siccine hoc fit.*

Ingrata atque irrita esse omnia intelligo
Quæ dedi, & quod benefici: ac posthac, tibi
Male quod potero facere, faciam. —

Scribo

EXERC. CRIT. PARS I.

31

Scribo ex vet. cod. at posthac. Act. i. Sc. *Vbi ego.*

Verbis velitationem fieri compendi volo.

Puto scriptum fuille *Verbivelerationem*, quomodo
 alia multa lepidè composuit Plautus, ut respondeat
 Græco λογουχίᾳ. Temerè tamē affirmare nihil vo-
 lo, id significasse satis habens quod mihi super hoc
 loco in mentem venisset.

Aū se ob asinos ferre argentum Atriensi Saurei
Viginti minas, sed eum sejē non novisse hominem
qui siest.

Corrigo polcentibus numeris, *Viginti minas*: & ita
 signatè referebat vet. cod. meus. Veteres dicebant
Mna, Mina: ut *Lamma, Lamina.* Sic *Curculione*,
Sc. Date viam.

— *quia de eo emi virginem.*

Triginta minis, vestem, aurum: ut erat in
 Iterum numeri posciunt, *Triginta minis*, ut erat in
 vet. cod. Pœnulo etiam. Sc. *Si ego.*

Si ego minam non ulius fueri probè quā lenoni dedi.
 Vet. cod. *Si ego mnam.* Et heic numeri id flagitant.
 Est autem inflexio Græco. Sc. *Quid hoc est negotii.*

LE. *Sed vina heri que vendidi in viario Exarambo,*
Iam pro iis satis fecit. Stichō? LI. *fecisse satis*
opinor.

Nam vidi hunc ipsum adducere ad trapezitam
Exarambum. — *Etiam* *Exarambum*.
 LE. *Sic dedero prius quam credidi, vix anno post*
exegi.

Nunc satagit, adducit domum etiam ultrò, &
 rescribit nummos.

Vet. lib. tertio versu habet, *adducere & rapere in ius*
Exarambum: quarto, *Sic obsecro? quā credidi v. a.p.e.*

Quæ

Quæ sanè lectio melior. Sic obsecro? i. accidit. Deinde quintum Libano assignat, non Leonidæ; etiara rectius.

*Non hercù te provideram, quæsò ne vitio vortas,
Ita iracundia obſtit oculus.*

Langii scđe. obſtit oculis. Rectè. Dicebant *Obſtire*, *Obſtare*. sicut *Artire*, *Artare*. *Impetrire*, *Impetra-re*. *Negre*, *Negare*. (unde *Negibundus* apud Festū.) Hinc *Obſtitum* apud eundē, quem laudavi, Festum: quemādmodum *Imperitum*. *Artitum*. Sic *Abſtit* dixit Ovidius Metau. xi.

— renovat lectusq; locusq;

Alcyones lacrymas, & qua pars aamonet abſtit.
Malè hodiè est, *abſti*. Prīcianus ita citat lib. ix. qui tamē fallitur cum putat pro *Abſtitit* accipendum, tanquā οὐχοτὶ sit. Sic *Proſtire* quoque dixisse certum est, inde *Proſtibulum*. Et simplex etiam *Stire* pro *Stare*, unde *Nauſtibulum* apud Festum, & *Veſtibulū*, quasi grande stabulū. Agell. lib. xv. cap. v. Dicebant ad eandem hanc faciem etiam *Metiri*, & *Merari*. Itaq; rectè est in Pseudolo, Sc. *Ne plora*. *Quin hunc metimur gradibus militaris.*

LI. *Malo hercù jam magno tuo nunc iſti nec re-
etē dicis.*

Sequor veteris codicis ductum, legóque nereſtē di-
cis. Nereſtē d. est malc; sic *Nefapus*, nō tapiens. Scau-
rus. Ne pro non possum est apud antiquos, ut *Nefreh-*
des porcos, qui fabam frendere non possunt: *Nefapus*,
qui non sapit. Sic *Nefunera* apud Catullū in *Nuptiis*
Pelei & Thetidis, *Funera Cecropiae nefunera* ut recte
emendavit magnus Scaliger. Sic *Nessio*. *Nevolo*.
Sc. *Perfidæ laudes*.

Quum

Quum nostris sycophantiis, dolis, astutisq;

Scapularum confidentiā, virtute ulmorum freti.

Qui ad vorsum stimulos laminas, cruceſq; &c.

Quomodò, virtute ulmorum freti? Ineptum hoc est.
Interpungo.

Scapularum confidentiā, virtute freti, ulmorum

Adversum stimulos, &c.

Nam *Qui rectè abest à quibusdam codicibus. Sc.*
Cur me.

AR. *Vale. PH. Aliquanto amplius valerem si hic
maneres.*

Magis vet. cod. lectio placet. *ah. quanto amplius v.
s.h.m.*

LE. *Auscultate, atque operam date, & mea dicta
devorate.*

*Primū omniū servos tuos non esse nos negamus.
Sed si tibi mina viginti argenti proferentur,
Quo nos vocabis nomine?*

Manifestus error: scribo,

Auscultato, a.o.dato, e.m.d.devorato.

Nam ad unū Agyrippū ei sermo. nemo improbabil-

Quid nunc? quid est? quin tradis huc cruminam

Perum pressatum?

Lego cum Langii ms. *cruminam pressatam are.*

Cap. II.

*Mepte. Sortum. Mortualia. Pulcralia. Ma-
gnalia. Nequalia. Nævius correctus. Chere-
ſteus. Chrestus. Face.*

S Equitur eādem illā Scenā, ubi herum Agyrippū
S bellè deludens Libanus, ita Philenium adfatur.

Dic igitur me tibi anaticulam, columbam, vel castellum.

Vet. cod. D.i. me te anaticulam. Scribo, certa conjecturā. Dic igitur mepte. Nam Mepte pro Me olim dicebant. Menæchmis, Sc. Men' hodie.

cui certissimum est

*M*epte potius fieri servum, quam te unquā emitram manu.

AR. Inscende altutum. LI. Ego fecero. hem quid iftuc est? ut tu incedis?

Demam hercè jam tibi de ordeo, tolutim nbadissas.

In vet. cod. erat. ut tu vide is. Corrigo, ut tumidè is. quam veram esse lectionem abundè sequens versus fidem faciet.

AR. Quid ego aliud exoptē amplius, nisi illud cuius inopia est,

Viginti argenti commodas minas, hujus quas dem matri.

Rectè vet. cod. commodas mñas, poscentibus numeris. Huc faciunt quæ superiori capite in hanc rem annotavi. Deinde idem ille codex meus, qui dem, habebat, quod Plautinum magis assentietur, qui cunque in ejus lectione nō omnino hospes est. Act. IV. Sc. 1.

PA. Diabolus Glauci filius Cleareta,

Lena dedit dono argenti viginti minas.

Etiamp heic viginti mñas numeri poscent, atque ita erat in vetere codice.

Adeorum ne quem illa oculos adjiciat suos.

Si quem alium affèxit, caca continuò siet.

Verè est in Langii Excerptis. Ad forū. Nam est

ἀγχα-

ἀγχαῖον, pro Ἐορῶν Festus. Sos pro Eos antiqui dicebāt.

Talos ne quoiquam homini admovet, nisi tibi.
Quom jaciat, te ne dicat, nomen nominet.

Ita conitander habet omnes editiones quas inspexi, sed veram existimaverit conjecturam quæ mihi in mente venit, tene dicat. cōjunctim enim scribendū.

Hac sunt non nuge, non enim mortalia.

Langii ms. non enim mortalia. Quod idem est. Illud à mortuis, hoc à morte vocabuli originem habebit. In vetere codice erat mortuaria. Eoque modo Agellius lib. xviii. cap. vii. Vos philosophi mera estis, ut M. Cato ait, mortuaria glossaria: namque colligitis lexidia, res tetras, & inanes, & frivolas, tanquam mulierum voces praficarum. Sed perinde est: Ejusmodi sunt dies Praliares, & Prailiares. Palilia, Parilia. Hac èadē autem facie etiam Pulcralia dixit Cato, laudante Festo. Magnalia Cyprianus lib. i. epist. iii. Nec prepositum servum deserì à quibusdam miretur aliquis, quando ipsum dominum magnalia & mirabilia summa faciētem, & virtutes factorum suorum Dei patris testimonio comprobātem, discipuli sui reliquerint. Iterum Tractatu de Habitu Virg. Quibus multa magnalia cum miraculo ficeret, quibus ad gratiam gloria bonis spiritualibus abundaret. Haec verò de Tertulliano, qui utit Ad uxorem lib. ii. cap. vii. Item Adversus Marcionem lib. i. cap. ii. Sed ad Mortuaria quod attinet, eadem omnino sunt Nequalia, sive Necalia, que Festus detrimenta interpretatur, quia nuge non aliud quam sermonis detrimenta, & inde facta translatio. Nævius Lycurgo Mortuaria appellat vestimenta quæ in luctu sumebantur.

36 IOAN. MEVR. EXERC. CRI. PARS I.

Pallis, petagiis, crocotis, malacis, mortualibus.
Ita lego apud Nonium in *Cultulam Sc. Sequer* hac.

Tu ergo fac ut illi turbas lites concias.

Vet. cod. face ut. quod magis ερχαιρόν. ideoq; Plau-
to convenientius Act. v. Sc. A in tu meum.

ART. Hoc ecastor est quod ille it ad cenam cottidie.

Ait sepe ire ad Archidemum, Cheream, Che-
restratum,

Cliniam, Chremen, Cratinum, Dineam, De-
mosthenem.

In vet. cod. erat.

Chrestum, Chremem, Cratinum, Cliniam, Demo-
sthenem.

Rescribo, ut sit plenus octonarius, quales praece-
dentes.

Chresteum, Chremem, C. C. D.

Nam Chresteus & Chrestus idem nomē fuisse col-
ligo, quia quem Chresteum Varro lib. i. cap. i. De
Re Rust. eum Chrestum nominat Columella libro
& capite jisdem.

Amplis.

Amplissimo Viro

P E T R O F A B R O

Præsidi Tholosano.

IOANNES MEVR SIVS S. D.

Q Vi Literarum humaniorum studia rejicula censem, ne illi
vacerra sunt, & statuae caput habent. Non tu id facis
V. A. qui amis maximè meritis simò, & cordati omnes tecum.
Hic tamen fini amanda, ut operam etiam in gravioribus stu-
diis ponamus, quā patriæ olim & Reip. prodesse possimus. Iste
enim dunitaxat immorari, haud sapienti puto: ad altiora ere-
sum habere animum debemus, & in id incumbere sedulò, ut
vita hoc, quicquid est, quod tam breve est ut spem vetet incho-
are longam, cum publica utilitate transfigamus, cogitantes HO-
MINI HOMINEM ESSE DEVIM. Tum patria nos,
tum posteritas amabit, laudabitque. Tuid curas, & munia pu-
blica literariaque strenue obis, cum paucis: & alios exemplo tuo
ed inuitas: me cerere, qui ita facere constitui, & facio. Rogo te,
si vaces, hæc mea in Plauti Aululariam adjudicūi acerrimi
obruffam examines. Vnam autem sine infamia sunt, si famam
mereri non possunt.

C 3

AVVLV LARIA M.

Cap. 1.

*Adassint. Fasfit. Querit, ἀρχαιοῦς. Quo,
pro Quamobrem. Propet. Propus. Postidem.
Pectum. Praperare.*

ACt. i. Sc. i. impatiens contumelię Staphyla in votum hoc prorumpit.

*Utinam me divi adaxint ad suspendium
Potius quidem, quam hoc palto apud te serviam.
In quibus verbis et si nihil quidem temere intan-
dum, operæ pretium tamen duxi veterum libro-
rum lectionē hanc indicare, divi adassint, quod ἀ-
ρχαιοῦ est pro Adaxint, quomodo Cossus pro Coxus;
Sic legis Aquilia cap. IIII. Ceterarum rerum prater
hominem & pecudem occisos, si quis alteri damnum
fassit, quidve nfferit, &c. Heic quoque Fasfit, pro
Fasfit. Vide. D. Ad legem Aquiliam. L. Si servus ser-
vum. Sc. Nunc defecato.*

*Cave quenquam alienum in edis intromiseris
Quod quispiam ignem querat, extingui volo.
Melius vet. cod. & Langii membranæ Staphylam
heic interloquentem faciunt.*

STA. *Quid si quispiam ignem querit? EV. extin-
gui volo.*

Porro hoc monendum; *Querit dixisse Plautum καὶ
ἀρχαιοῦ, nam olim Querim, Edim, & talia, pro
Quoram, Edam, efferebant.*

Ne canssa quid sit quod te quisquam queritet.

Magis

Magis placet quod in ver. cod. invenio, quo te quis-
quam queriret. perit literula, elegantia auget. Con-
venientior sextus casus: *Quo pro Quamobrem.*

*Nam ad edis nostras nusquam adiut, quanquam
propè est.*

Langii mss. quanquam propet. Rectè, ἀρχαιοῦ est,
pro Propit. Nam veteres dicebant Propo, Propero;
ut Lambo, Lambero; Blato, Blatero. Item Propus (un-
de Propè adverbium) Properus; ut Privus, Priverus.

*Nimis hercè invitus abeo, si quid agam, scio,
Nam nostra nostra qui est magister curiae,
Dividere argenti dixit nummos in viros.*

Primo versu ex vet. cod. lego. sed quid agam. tertio,
argenti nummos dixit in viros, ut Asconiū Pedianum
citare memini. Certè mollior tum & suravior multò
est sonus. Sub exodium Scenæ ejusdem.

*Nunc quo profectus sum ibo, postidem domum
Me rursum quantum potero, tantum recipiam.*

Langii membranæ, & veteres codd. post idem do-
mum. Scribo, postidem d. cōjunctim. Dicebant Go-
mici isti Postidem quam ad faciem Indidem, Iden-
tidem. Sc. Presagibat mi.

— nunc hic eam rem vult, scio,

*Mecum adire ad pactionem, verum intervism
domum.*

Melius, & magis ad Plautinam φάσιν vet. cod. in-
tervisam domi. Itaque velim & versu sequenti re-
scribere.

— nam est quod visam domi.

Non, domum, ut est in hodiè excusis omnibus.

*Hoc magnū est periculum ab asinis ad boves trans-
cendere.*

Verba Euclionis sunt Megadoro filiam suam constanter in matrimonium dare pernegantis: in vet. cod. erat.

— est periculum, me ab asinis a.b.t.

Transpono periculū, ab asinis me ad boves t. una enim ista vocula ingesta plus decoris adfert.

*Pactum, non pactum est, non pactum, pactum est,
quod vobis lubet.*

Vet. cod. *Pectum, non pactum est.* unde censeo Plautum toto isto carmine non aliter quam *Pectum ex arasse*, quod ἀξιον is est, pro *Pactum*: unde *Competitio, Depectio*; ut notum est. Sc. *Ubi tu es. Desponsa* tandem filia sua Megadoro Euclio cum nuptias pararet, ita *Staphylam* adfatur.

— *vascula intus purè propera, atque elue.*

In vet. cod. erat, *purè prepara*. Quod et si rectum videri poterat, ne tamen credam, prior illa lectio animum inducit: suspicor autem, immò affirmo, scripsisse Plautum, *purè prepara*. A ἀχαιοποδε elegans valde; nam veteres *Preparare* pro *Preparare* dicebant, ut *Reperare*, pro *Reparare*, quod frequentius *Reciperare*, quomodo *Reciprocare*. Quid quod Agellius, Plauti non indiligenz, hanc vocem usurpat lib. x, cap. xi. *Namque in preperature rei rustica per tempestates pluvias, quoniam otium est, maturari potest.* Taliā sunt etiam *Resecrare, Confecrare, Obsccrare, Exseccrare*, quæ hodièque in usu sunt.

Cap.

Cap. II.

Licet pro Liquet. Properè properè. Bacchinal.

Aperit, τασσινώς. Coquino. Domino. Manubrium. Pacere. Fuo. Ciniflones.

Sc. *Tace nunc jam tu.*

STR. *Tace nunc jam tu, atque agnūm horum uter
est pinguior.*

COC. *Licet. STRO. tu Congrio eum sume actum
tum tibi.*

Hactenus non intellectus hic locus, itaque ego explicabo. Sciendum autem heic *Licet* antiqua scribendi ratione *Liquet* significare. Monet Anthracel Strobilus ut à convitiis sibi temperet, rogarque uter agnorum esset pinguior, ad quod ille responderet, *Liquet*. Habetque plus stomachi ea vox, quam si dixisset, iste, vel ille. Vult enim dicere. Quid, malum, mox id rogas: ipse facilè potes videre. Nos quoque codēcum affectu dicimus. *Dat siet ghp wel.*

Ubi si quid poscas, ad ravim poscas prius.

Quam quicquam detur.

Vet. cod. *s. quid poscas, ad ravim poscamus p.* Quam veram lectionem esse pronuntiare audacter possum, Festinius authoritate, qui videndus in *Ravim*; etiam Nonius in *Ravis*, & membrana Langii non aliter laudant.

ST. *Cererin' Strobile istas facturi nuptias?*

Plenius apud Macrobius Saturnal. lib. III. cap. xii. hic versus legitur.

Cererin' mi Strobile bi sunt facturi nuptias.

Quæ vera lectio censenda, quia Plautini codices

C5 tum

tum temporis longè emendatores. Sc. *Voluti animū.*
Nimirum occidor, nisi ego intrō huc propero currere.

In Langianis mss. erat. *huc properē properē currere.*
 Constituo octonarium, & lego.

— *huc properē properē cucurrero.*

Orta menda ex librariorum supinitate, qui similes syllabas non solent repetere, Eleganter verò *properē properē*; nam vox ea geminata magis exprimit festinationem magnam, quā sibi opus esse, ni occidi veller, Euclio dicebat. Nos quoque eandem phrasin in nostro idiomate retinemus. Sc. *Optati cives.*

— ad *Bacchus veni in Bacchanal coquinatū.*
 Et paulò post.

— *aperitur Bacchanal, adeft.*

utrobique in Langii membranis *Bacchinal* legitur; sicut *Fontanalia, Fontinalia*. Sed A. & I. veteres illi inter se commutabant, ut jam toties ostédi. Porrò nec hoc dissimulandum, in CL. V. Ioannis Sambuci ms. fuisse, aperit B. quod Plautinum existimo; est enim ἀπχαιρεός. Pro coquinatum verò legendum erit coquitatum, si Festus hūc Plauti locum ob oculos habuit, cum scriberet. *Coquitate pro coquitare, id est, frequenter coquere, Plantus posuit.* quod tamen non censeo. Nam ita disertim Nonius citat, & veteres *Coquo, Coquino*, dicebant, ut alia similia, *Natino, Fruinor, Negino* pro *Nato, Fruor Nego*. Itē *Vaginor* pro *Vagor*, quod ex ms. regio in Appendice Critici Arnobiani erui, ut & *Domino* pro *Domo*; quo postremo præter Arnobiū etiam Nigidiū usum inventio apud Priscianum lib. viii. *Omne pecus indomum habet quiddam in se ferum, sed tamen eā naturā est,*

est, ut curari & dominari possit. Sc. Illic hinc abiit.

Credo ego edepol illi mercede gallo pollicitos coquos.

Si id palam fecisset, exempti ex manu manubrium.

Vet. cod. unā litera minus, c. ex manu manubiū. Op-

timè, pro *manubiam*, quomodo *Menda, Mendum.*

Tefta, Tefsum dicebant. neque turbare debet quod singulare numero efferat, cum Grammatici plurali tantum efferri notent. Euclio gallum gallinaceum, quia scalpuriret ubi aulam suam absconderat, putans à coquis insidiantibus mercede conductum, occidit, eoque facto prædam speratam illis eripuisse se dicit. Nihil pote melius. Sc. *Narryi amicis.*

Quorum animis avidis, atque insatiabitibus,

Neque lex, neque tutor capere est qui possit modū, Valde fallor, aut scribis Comicus, *neque tutor pace;* re. voce antiqua. Simile mendum sultū in Catone nuperimē cap. xl. Gulielmus in Labenii versibus apud Macrobiū. Sic *Figere modum* Horatius & Arnobius dixerunt. Aut certè, *tutor caveret.*

— *Quo illa nubent divites*

Dotate, si istud ius pauperibus ponitur?

Quo lubeat nubant, dum dos ne fiat comes.

Corrigo. *Quoi illa n. d.* Deinde tertio versu. *Quoi* lubeat n. d. d. ne fuat comes. A' ἀπχαιρεός est, nam veteres *Fuo* pro *Sum* dicebant, quod præteritum ostendit, hodie adhuc usitatum. Quam vocem etiam me mini Titinnio restituere Critici lib. iii. cap. ix. utitur præterea Terentius, & ipse hic noster alibi non semel.

Canpones, patagiarii, indusiarii.

Vet. cod. *Ciniflones, p. i.* Optimè. Horat. lib. i. Sat. ii.

Custodes, lectica, ciniflones, parasita.

Acron. *Ciniflones & Cinerarii* eādem significatione apud veteres habebantur, ab officio calamistrorum, id est veruum in cinere calefaciendorum, quibus matrone capillos crispabant. cuius rei & Virgilius meminit dicens: *Vibratos calido ferro.* Dic̄ti autem *Ciniflones*, ab eo quod in cinerem flant ad ferrum calefaciendum.

Aut manulearii, aut murrobatrarii.

Scribo ex vet. cod. aut *myrobrecharii*. Quæ vox quid significet, facile videbunt qui Græcè sciunt.

Cap. i i i.

Odii, ἀρχαιομος. Aulularia aucta.

Item Priscianus.

Plautum hunc nostrum *ἀρχαιομῶν* esse thesaurus omnes sciunt, sed dum pro suo libitu librarii eos sustulerunt, dictionesque ut tum usurpabantur exscriberunt, periret pleraque ista venustas. Verum hoc esse quod dico, ut alios multos omittam, vel unus iste locus facile fide[m] faciet. Sc. *Nimium lubenter.*

Nimium lubenter edi sermonem tuum.

Heic antiqua scribendi ratio mēdæ origo fuit. Scribo, *odi sermonem*, atque *odi* nihil est aliud quam audiū. ut innumera talia, *Plostrum, Clostrum.* Atque hanc correctionē certaine esse præstabunt vett. codd. & Sambuci Clarissimi MS. in quibus pro *edi* constanter est *audiū* prescriptum.

ME. *qmō est, & dū faciant uti siet din,*

Plus plusque sospitent istuc, quod nunc habes.

EV. *Tam hic scit me habere, quam egomet, anus fecit palam.*

Vett.

Vett. codd. inserant unum versum istum.

EV. *Illud mihi verbum nō placet, quod nunc habes.*

Tam hic, &c.

Qui adeò aptus huic loco, ut qui Plauti esse negare aulit, eum ego cerebrum non habere dicam.

EV. *Quid sit, me rogitas? qui mihi omnis angulos*

Furum implevisti in adib⁹ misero mihi,

Qui mihi intromisisti in aedes quingentos coquos,

Merito hæc vitii suspecta habuit Ianus Douta F. egregius Musarum pullus, persanare tamen quamvis non potuerit laudandus meritò ejus conatus. In vet. cod. duo postremi versus ita concepti erant.

Furum implevisti in adib⁹ misero, qui mihi

Intromisisti in aedes quingentos coquos.

Ex quibus vestigiis ita ut constitutam inducor.

— in adib⁹ misero, mihi

Qui intromisisti in aedes quingentos coquos.

Sequitur in istâ Euclionis accusatione.

Quos si Argus servet, qui oculens totus fuit.

Etsi non improbum hoc, probius tamen existimo quod apud Priscianum lib. vi. invenio. *Quod si Argus.* ut subintelligatur istos. Sed commodum, quia in Prisciani mentionem incidi, Plauto nostro operam sibi tantisper differri minimè argere ferente; insignem ejus locum mutulum hactenus supplebo; à conjecturā quidem, fateor, sed ita certa ut nihil posse esse certius, præfiscinè. Lib. x. *Quod autem corripitur antepenultima, pacifcor, & nancifcor, & profifcor, & expurgifcor, ex compositis, sive primitivis eorum potest dinosci.* *Pacifcor & depecifcor, profifcor à facio, expurgifcor à pergo pergis, nancifcor vero à nancio est, quod in usu fuit vetustissimis.* Ecce enim, ut hæc

ut hæc lectio prefert, *Pacifcor & Depecifcor* deducata sunt à primitivo *Facio*: quo quid dici potest in epius? Et injuriam indignam faciat ingenio & iudicio doctissimi Grammatici, qui eum ita scribisse velit affirmare. Coromista indubie à festino librario *fraus*, qui duas dictiones omisit. Itaque restituo. *Pacifcor, & depecifcor à paco, proficifcor à facio.* Iam *Paco* antiquè pro *Pago* sive *Pango* dictum esse nemo ignorat.

Cap. IV.

Indueo. Cavilla. Charisius reprehensus. Fidei, & Fideii, secundo casu. Patiri. Non oportuit ollam tactum.

Eadem illâ Scenâ Euclio Megadoro benignè ad symposiū invitanti respondet perrinaciter aquâ se bibere velle, non vinum. Sed instat Megadorus.
*Ego te hodiè reddam madidum, si vivo, probè,
 Tibi cui decretum est bibere aquam.*

Sed mendoza hæc, & emendatoria in vetere libro meo leguntur. *Tibi an decretum est bibere aquam?*

*Nunc hoc mihi factu est optimum, ut tēd auferam
 Aula in Fidei phanum, ibi abstrudam probè.*

Scirbo, in Fideii ἀρχαιώς, metri causâ. Sc. Hoc est servi.

Quasi pueris qui nare discunt scirpea inducitur ratis.

In Festi exemplaribus legitur, *scirpo induetur ratis.* Quod genuinum censeo, nam veteres *Indueo* dicebant: deinde *Ratis scirpo, pro è scirpo.* Itidē ἐλεγιτε *ἀρχαιν* est. Sc. *Foras, Foras.*

Pone

Pone hoc sis, aufer cavillū, non ego nunc nugas ago. Vett. codd. & Langiani mss. *aufer cavillam.* Quod ut insolentius, & remotius à quotidiano usu, ita Plauto dignius. Sic dicebant *Menda, Mendum. Testa, Testum.* Nam quod inter *Menda & Mendum* differentiam constituit Charisius, nugas agit. Sc. *Fidei.*

Fidei censem maximam multo fidem.

Scribit Comicus noster, *Fide c. ἀρχαιώς, talia erat ista Die. Facie, & reliqua eimodi, quæ similiter efferebāt.* Vide Agell. lib. ix. cap. xiv. Sed nunc emendationem hanc stabiliam, ne teneritatis crimen incurrat, & ἀρχαιο nominer. Charisius lib. i. *Fides quum chordam significat, huius fidis facit. quum dea, bujus Fidei, quamvis Plantus dixerit. Fide censem maximam multo fidem.* Sc. *Dixi tibi.*

Et istuc confido à fratre me impetrassere.

Corrigo, *impetrascere.* Dicebant, *Impetro, impetrasco. Labo, Labasco. Amo, Amasco. Hio, Hiasco.* Restitui etiam hanc vocem infra Casinæ cap. ii. *Te eam compressisse vinolentum virginem.* Scirbo versus caussâ. *compreße.* Sc. *Perii, interii.*

Tantum gemitique mali molestia que hic dies mihi obtulit.

Veram habeo lectionem codicis mei veteris, *Tantum gemiti & male molestia hic dies mihi obtulit.* Quam etiam juvat Prisciani authoritas, quem heic in ordinem redigere nimis temerarium sit. Sic sequete scenâ. *Quoi tanta mala molestia obigit.* Sic enim & ille versus ex eodem meo libro legendus, non, *Cui tanta mala, molestia obigit.* ut hodiè est. Certè si serio attendas, nihil Plautinius iudicabis.

nunc co aliis latificantur

Meo

Meo malo, & damno pati nequeo.

Lego versus causā, patiri nequeo. Quā facie Gradi-
ni, Moriri. Sc. *Quis homo.*

EV. *Quis homo hic loquitur? LY. ego sum. EV. im-*
ego sum miser, & misere perditus.

Cui tanta mala mæstitudo obtigit.

Lyconidæ verba mutila manifestò, scribo unâ voce
amplius. *ego sum, miser.* Nec aliter potest; appetet ex
responsione Euclionis, cum dicit se potius miserum
esse, cui tanta mala obtigissent.

EV. *At ego deos credo voluisse, ut apud te me in-*
neruo enicem.

Cur obsecro tam in semet iniquus futurus iste Eu-
clio, invento jam thesauri sui fure? Transpono le-
viter *ut apud me te in n. e.* Lyconides confessus se
aulam abitulisse rogāti sordidissimo senum quam-
obrem id fecisset, dixit credere se deos voluisse, nisi
enim voluissent, facturum non fuisse: cui respon-
det Euclio stomachas, se credere voluisse deos ut il-
lum apud se in neruo enecaret.

Tu illam scibas non tuam esse, non attacta oportuit.
Scriberat Comicus noster, ut est in Langii mem-
branis. *non tantum, sed esse.* Est autem præteritum in-
finitivi passivi, ut loquuntur Grammatici. Talia sunt
quæ habes apud Agellium lib. i. cap. vii.

EV. *Neque partem tibi*

Ab eo, qui qui est, inde posces, neg, furē excipies.
Vetus codex, *indiplices, neque f. e.* uti & in Nonio
esse jam ante monuerunt viri docti.

qbo intrò, ut, quid hujus veri sit, sciām.

Correxeram de conjecturâ, q. hujus rei sit, cum ita
signatæ in vet. cod. reperio.

I intrò

I intrò, exquire sit ne ita, ut ego prædicto.

Vet cod. *exquere.* Quod genuinum Plauti esse evin-
cam authoritate Prisciani, qui lib. i. sic ait. *Quero,*
inquiro, exquo, quamvis exquero Plautus dixit in-
Aululariâ. Intrò exquere sit ne ita, &c. In Captivis
permanisit hic ἀσχατιός. Sc. I am ego revertar.

Sequere hâc me igitur, eâdem ego ex hoc qua volo
exqua si vero.

Sequitur Scena *Dii immortales, quam mutilam esse*
nemo paullum modò emunctoris naris dubitatibit:
ego ex fide veteris codicis sic suppleo.

Nunquam hinc feres à me. LY. quid hic quo-
dam pervicus addit?

Non feram nunquam, quod non habeo. ST. ef-
feraris, cave.

LY. *Nisi altutum seni id auri redditio est. ST. five*
per persus ferar

Libitinarius, five pollinctorius efferar, nūquam
dabo, nisi fodiam

Noviter arrogiā. LY. Vah capiti tuo. ST. im-
mō senis & capiti

Et pectori, qui auri tantum perdidit. LY. quis
repperit?

ST. *Quem repperisse vis. LY. qui in arcâ illud*
subruptum habere

Autumat. ST. quām pulcrè tibi here conni-
verent oculi si id

Factum fateor: ludo quod lus tecum, non par
est identidem (sis, i, & aurum)

Serio vortier, LY. at nunc jam ne me irritas-

Redde, susque déque hand agites. ST. Here
id si repperibitur,

*Certum est geminam te lanceam confitentem
iccre. LY. i, & redde.*

*ST. Vis crassum. LY. i, & redde. ST. atat mas-
sum queritas.*

*LY. I, & redde. ego ad senem propero, ut quid co-
mitis*

Proximis videam, senex auri aulam perdidit.

Megadorus

*Repudium renuntiat, filiam peperisse vitio re-
scit. ST. hero*

*Meo, quantum ego video, nemo est benignior,
aliu non quod*

*Inventum est non oculunt modi, negant, oc-
culunt vaniloqui. (pagatum)*

*Sed aliud post aliud, si qua sit oportunitas, har-
volunt, si Eleusine sit, facile dea credunt, si Cocyto,
Non videre quem batuat, ita neq; amicis, neque
cognatis,*

*Neg; d's parcūt, dū benē parcāt sibi, istic quidē
Ne miserum faciat senem, aut illius familiam
opulentam,*

*Auri aulā, grande, onusta, plenā, referri jubet,
Ut se faciat olim miserum atque suam fami-
liam, ast ego partem*

*Impartiri malim, unde redimar, quod vortat
benē, picus*

*A sinistris cantitat, qui auri custos herclē olim
traditur.*

*Qbo, & aulam referam, quod illac mihi benē avis
occinat.*

*Quæ Plauti esse cur negemus nihil est cause, &
facile probabit Nonius in Pervico, qui hoc fragmen-
tum*

*tum, et si paullo aliter citat. Verum mutila quidem
nihilominus hæc Comœdia, & subvenire conatus
ante seculum Antonius Codrus Urceus, vir doctri-
na & ingenio inter primos Italiae suę, additis cxxiii.
versibus in duas scenas distributis, qui & in vetere
meo codice habebantur. Sed age, veisus istos quos
apposui examinem. In principio valde personæ cō-
fusa; ego sic restitu.*

LY. quid hic quondam pervicus addit?

Non feram n' unquam? ST. quod non habeo.

LY. efferaris cave,

*Nisi actutū seni id auri redditio est. ST. sive, &c.
Dixit Non feram n' unquam, καὶ ἀτριπάνη, pro, Nonne
feram unqua. Postea, Si Eleusine sit f.d.c. si Cotytto.
Ἐλευσίνη Ceres, Κωτύττη, dea notissima, cuius sacrâ
Καλύψια. Horat. Epop. Inultus ut tu riseris Cotytta.
In præcedentibus verò quid arrogia sibi velit, quid
crassum, & massum, quid, Certum est geminam te lä-
ceam confitentem iccre, ingenuè fateor me nescire.
Fortè pro atat massum queritas, legi possit, atat in-
cassum queritas. Sed amplio; & Aululariā omissā ad
Captivos tranfeo.*

A D
CAPTEIVOS.

Cap. i.

*Cume. Prætextatum pro obſceno. Parecta-
ti. Viſtare. Primodum. Reconciliasco. Quid-
dum. Incipēſſo. Tederga. Mavolim. Volum.*

IN ipso Prologo excidit elegans ἀσχαιρετός, qui hiulcum facit verſum

Postquam belligerant Αἰτοὶ cum Άλισ.

Scribit Comicus, cume Aliis. Ita scenā ſequente.

Ita nunc belligerant Αἴτοι cum Άλισ.

Similiter cume ſcribendum: nam *Cume* veteres di-
cebant ut *Tame*, *Quame*, pro *Cum*, *Tam*, *Quam*. Ali-
quando etiam D. interſerebant, *Cumde*, *Tamde*,
Quamde. Eodem Prologo.

Non pertractatè facta est, neque item ut cetera,

Neque spurcidici insunt verſus immemorabiles.

Quid hæc fabula minus elaborata quam cete-
ra: hecclē nō eſt. Scribo. *Non prætextatè*, id eſt, ſcur-
rilitas nulla in eſt, quod & ſequenti verſu dicit: nam
Prætextatum pro obſceno veteres ponebant. Agel-
lius lib. ix. cap. x. *Non prætextatis, ſed puris hone-
ſtisque verbis*, venerandum illud concubii pudici ſe-
cretum neminem quemquam alium dixiſſe. Macro-
bius Sat. lib. ii. cap. i. *Hac nobis ſit literata letitia,*
*& docta cavillatio, vicem planipedis, & fabulonis im-
puſica ac prætextata verba jacentis.* Ex Pompeii ta-
men fragmentis cognoscimus, quosdam etiam pro
pudico uſurpare, quia prætextatis obſcena verba
loqui nefas erat. Potest etiam parectatè legendum

Amplissimo Viro

I A N Q D O V S A E

Nordovici Domino, in supremâ Bata-
via Curiâ Consiliario, & Acadē-
mia noſtra Curatori.

IOANNES MEVRSIUS S. D.

QVi Plautum tuum Comædie Latinae parentem deſpetui
habent, Vir Nobilissime, de Apuleii mihi proſapiā widen-
tur, id eſt, inter aſnos präcipui, nam aureus ille fuit. Adeoque
digni ſunt, quos rudentes periūa comprimeremus: ſed nos aga-
ſones non ſumus. Nolumus vero iſis errorem ſuum vel inni-
dere, vel eripere: hoc hominis eſſet male ab re ſuā orioſi, illud
fatui. Tu cum à gravioribus curiſ reſpirabis, hec mea ad Cap-
teivos leges, & corriges; prium, quia humanus es voles; alie-
rum, ſi voles, poterū. voles autem, quia poſſis.

videri: id erit, *juveniliter lasciviens*, quod eodem recidit, nam Pareatati olim juvenes nuncupabantur, ut est videre apud Nonitum. Lucilius.

Inde pareatato chlamydes, ac barbula prima.
Sed transeo ad Act. i. Sc. i. millo Prologo. Eâ scenâ eleganter admodum parasitorum nobis mores deformat orationis lepidæ penicillo Ergasilus, qui ipse eam artem factitabat, his verbis.

Iuventus nomen inuidit scorto mihi
Eò quia invocatus soleo esse in convivio,
Scio absurdè dictum hoc derisores dicere,
At ego aio recte. Nam in convivio sibi
Amator, talos cum jacit, scortum invocat.
Est ne invocatum, an non est? est planissimè.
Verum hercè verum nos parafisti planius,
Quos nunquam quisquam neque vocat, neque in-
vocat.

Ludit facetè in voce *Invocatus*, sed posteriora illa luxata sunt, & transposita; sic restituo.

Amator, talos cum jacit, scortum invocat.
Verum hercè verum nos parafisti planius,
Quos nunquam quisquam neque vocat, neque in-
vocat.

Est ne invocatum, an non est? est planissimè.
Attendet, & judicabit serius Lector. Pergit Ergasilus.
Item parafisti rebus prolatis latent,
In occulto miseri vicitant succo suo,
Dum ruri rurant homines quos ligurriant.
Poscunt secundo versu numeri vicitant, ut in meo codice erat exstatum. Dicebat veteres *Vito, Victi-*
to. quomodo *Dito, Dittito*, eti *Victito usitatus*.
Sc. *Advorte animum.*

Multis

Multis & multigenibus opus est tibi

Multibus, primum dum opus est pistoriensibus.

Vet.cod. *primodium opus*. Rectè *Primodium pro Pri-*
mò, sicut *Ebo, Ehodus*.

In his diebus me reconciliassere.

Scribo, *reconciliascere*, ut *Hiascere, Labascere*.

PA. *Sed quid tu id queris?* HE. *quia mihi nata-*
li'st dies.

Propterea te vocarier ad cœnam volo.

Probum celeo, *Sed quiddum id queris?* quod in vet.
cod.invenio. Nam Comici τῷ *Dum* explendi me-
tri utuntur. Sc. Si diu immortales.

In re malâ animo si bono utare adjuvat.

Nihil temerè mutaverim, tantum hoc dixerim, fo-
re magis ex phrasi Comici nostri, si legamus, *id*
juvat.

Sed brevem orationem incipisse.

Vet.cod.*incipisse*. Dicebant, *Incipio, Incipessō*. Sicut
Lacio, Laceſſo, Facio, Faceſſo, Capio, Capeffo. & alia
ad eam faciem.

— *nunc oro per precem,*

Per fortunam incertam, & per mei te erga bonita-
tem patris.

Scribo, *Et per mei te dergà bonitatem patris*. Dicebat
Tedergà, quomodo *Medergà*. de quo alio loco di-
cemus. Sc. *quam ego.*

Sed viden' fortuna humana omnia fingit artat-
que ut lubet.

Mavelim, *fingit aptatque*, nam *Fingit heic valet*
males.

Num qua cauſa est, quin si ille huic non redeat,
viginti minas

Mibi des pro illo?

Corigo poscentibus muneri ex vet. cod. viginti
mnas. Quām Græcanicam esse inflexionem fatis
ostendimus suprà. Sc. Nunc illud.

*Nunc illud est, cum me fuisse quam esse nimio ma-
velim.*

Lego, *nimio mavolim*, ex Langii libris: nam veteres
Mavolim, & *Volim*, ut *Nolim*, dicebant. Priscianus
lib. ix. *Pro Volam Velim* authoritas non irrationaliter
tradidit dicere: & *Volim* tamen pro *Velim* proferabant antiqui. Cicero in 11. de Nat. Deorum. *Quo*
facilius id quod docere volimus intelligi possit. Sc. *Quo
illum.*

*Aristophontes, qui ex paratā re imparatam om-
nem facis.*

Præfero vet. cod. lectionem. *qui ex paratā impara-
tam rem omnem facis.* Quod magis Plautinum.

Si hujus buc reconciliaſſo in libertatem filium.

Scribo, *Si hujus huic*. Metri gratiâ; Tum quia paulo post sic dicit.

— efficiam tamen ego id, si di adjuvant.

Illum restituam huic.

— TY. *Heus, audin' quid ait, quin fugis?*

*Iam illuc hic nos infestabit lapibus, nisi illum jubes
Comprehendi.* AR. *crucior.* TY. *ardent oculi, fit
opus Hegio.*

Melius vet. cod. *fune opus Hegio*, scilicet quo constringatur comprehendens.

Aliv. sicut *tempulum* & *periculum*.

Cap.

Cap. 11.

Ajax abigeus, melancholicus. *Nuculeus.*

*Fodare. Impensus. Impensa. Trygon. Cap-
tevei aucta. Cora. Alatrium, Aletrinum,
coloniae. Frontinus correctus. Mantici-
nari. Monerula.*

Eādem illā Scenā.

*Ornamenta absunt, Aiaceum, hunc cum vides, ip-
sum vides.*

Scio quā heic viri docti *Ornamenta* interpretentur,
sed contemno prē quod in vet. codice invenio, *Ar-
menta absunt*. Nam profectò Ajax abigeus fuit, &
pecora abegit. Lycophron.

τὸς λύσαν εὐ τοιμωνον αἱ χυατηγίαν
χειλὶς.

Ad quē locum vide quae notamus. Portò dum Ari-
stophontem hunc Aiaci comparat Plautus, osten-
dit herois illius furem manasse ex melancholiā,
nam anteā de Aristophonte dixerat Tyndarus.

Viden' tu illi maculari corpus totū maculis luridis?

Atrabilis agitat hominem.

In eādem mente Celsus invenitur, qui lib. vi. cap.
xviii. sic ait. *Quidam imaginibus non mente fallun-
tur, qualem infantem Aiaceum vel Orestem poëta-
rum fabula ferunt.*

Nucleum amisi, reliquit pignori putamina.

Membranæ illæ Langii optimi, *Nuculeū amisi*. Op-
timè; & est ἀσχαιρός, quē hactenus nemo animad-
vertit. Veteres enim dicebant, *Nuculeus*, *Nucleus*.
Tempulum, *Templum*. Quā facie, *Periculum*, *Peri-
clum*.

clum. Vinculum, Uinculum. Sic Calina. Sc. primā.

Qui è nuce nucleus esse vult, frangit nucem.

Eadem membranæ nucleum esse. Sc. Injicite huic. HEG. Ut uin' te quicquam hodiè mihi falsū prologui?

TY. *Vetuisti. HEG. car es ausus mentiri mihi?*

TY. *Quia vera obessent illi cui operam dabam,*

Nunc falsa prosunt. —

In iisdem membranis. *Votuin' te. Lego, Voluin' te,*
& secundo versu. Voluisti. Quam veram esse lectio-
nem nemo audebit diffiteri. Ibi cum octonos alii la-
pides effodint. Nulla hoc analogia potest defendi:
scribo, effodent. Fodare veteres pro Fodere extulisse
testatur Festus. Sc. Quanta in pectore.

Quid hic homo tantum incipisset facere, cum tan-
tis minis.

Vet. cod. incipessit. *Quod rectum esse ostendi supe-*
riori capite.

Ua misero illi, cuius cibo iste factus est imperiosior.
Codex *verus, ut & membranæ Langii. factus est im-*
pensior. Quod profectò longè rectius. Elegans di-
ctionis notio minus intellecta corrumpendo loco
fuit. Impensus enim heic valet, factus; quomodo
Impensa, factura, Arnobius lib. vii. Quid cum libis,
quid diversis cum fratribus, cofectionis jure multiplici
atque impensarum varietate conditis. Vide incom-
parabilis herois Iosephi Scaligeti ad Vartronis quar-
tum extremum. Idem est quod postea dicit

Satur homo est, habet profectò in vētre confidentiā.

HE. *Ignem ingentem? ER. ita dico, magnus ut sit.*

HE. *Quid in eo volt urier?*

Cotrigo, quid in eo volis urier? pro velis, dīxerūs.

Sequi-

Sequitur mox.

Horeum, scombrum, & trigonum, & cetū, & mol-
lem caseum.

Vet. cod. & trygona, & cetum. Si quid judico, haud
 paullò integrus. Trygon, est purū putum Græcani-
 cum, τρυγών, & eum designat pisces, qui pastinaca
 marina Latinis.

HE. *Efuriire mihi videre. ER. mihi quidem efu-*
rio, non tibi.

HE. *Iupiter te dique perdant.*

Vet. cod. & Langii membranæ inserūt totum octo-
 narium.

Tuo arbitratu facile patior. HE. credo cōsuetus puer:
Jupiter t.d.p.

Sed ita personas distinguo, ut in codice meo offeo.

HE. *Tuo arbitratu facile patior. ER. credo consue-*
tus puer:

HE. *Iupiter, &c.*

Mutillum tamen adhuc Ergasili responsim, itaque
 censeo plus deesse, vel versum unum ad minimum:
 nisi velimus dicere interruptum ejus sermonē He-
 gionis imprecatione, quod facile dederim. *Quin*
 exempla eimodi alia passim in Plauto obvia.

Meum Stalagmum, meum qui gnatum surripuit?
ER. *vñ τὰν σθέγη.*

Membranæ langii, & vet. cod. *vñ τὰν κόρηγη.* Ergo ju-
 ramentum erit per Proserpinam, sicut anteā dixit,
 $\mu\alpha\tau\delta\eta\lambda\alpha\omega$. Sed & colonia esse potest, qualem Li-
 vius lib. ii. eo nomine nuncupat. unde etiam Co-
 rani Plinio lib. iii. cap. v. Postea ait,

vñ τὸ ἀλάτειον.

Quod rectum est, firmaturque auctoritate vet. cod.
 & mem-

60 IOAN. MEVR. EXERC. CRI. PARS I.

& membran. Lang. Frontinus quoque lib. de Coloniis. *Alatru muro ducta Colonia populus deduxit, iter populo non debetur. ager eius per centurias & strigas est assignatus.* Legio, *Alatrium muro, &c.* Hinc *Alatrinates* apud Livium extimo ix. Lambinus edidit, *vñ tò ἀλέτευον.* Hinc *Aletrini* Plinio lib.v. cap.xi. *Aletrinates, cap.v.* ut & in veteri lapide.

EX. DECRETO. DECVR

MVNICIPII ALETRINAT

Item in alio.

Q. MINVCIVS. Q. L. ANTEROS. VI. V
AVGVSTAL

HIC. SEVIRIS. AVGVSTAL. ALETRIN
Pergo in Plauto.

Nam hercle nisi mantiscinatus probè ero, fusti plectito.

Nauci non est hac lectio. Vetus codex rectius *manticinatus.* Ludit eleganter voce semigræca, nam à *μαντίλις* deducit *Manticinari*, ut à *Vates Vaticinari.*

Eternum tibi dapinabo cibum, si vera autumas.

Vet. cod. *dapinabo victimum.* ut & membranæ Langii.
Sc. *Vidi ego.*

Nam ubi illò adveni, quasi patriciis pueris, aut monedula,

Aut anates, aut coturnices dantur, quicunq; lusitèt.
Langii membranæ, aut monerula. Est *æxatio m̄d̄s.* Nam R. & D. promiscè inter se commutabant. *Feretrius, Fedetrius, Meridies, Medidies.* & talia.

Amplif.

Amplissimo Viro

IACOBO BONGAR SIO

Christianiss. Gall. Regis in Daniam
& Germaniam Exlegato.

IOANNES MEVRSIUS S. D.

Iascor propemodum Plauto meo V.N. cum naturæ meæ vrim inserti, & impudentem me facit; nam viri genere, horribus, doctirinâque claris, leves huiusmodi. Nolus oggerere, quid aliud est quam hominis effrontus, & de familiâ, ut Comicus hic noster loquitur, durorum Capitonum? Faleor, nec causam dico: sed venie mihi sibi in humanitate tuâ eximiâ, que efficiet ut difficilis ne sis. Reprehendebat olim Albinum Cat., quod deprecari culpam, quam carere è maluisset; abutar præjurationis verbi, IDEM IN ME. Peccavero, tamen nihil, nisi tibi videbor, non videbor autem, si placuerint hec istas, atque ita jam Censoris iustius effugero notam. Si vero difficilerint, tam pereant quam extrema faba: & hoc etiam modo effugero, cum non erit amplius pro quo culpam deprecari necesse habeam. Placeant ergo, aut perde: vel parce quoque, dum modo usculpâ viacem prester.

CVRCVLIONEM.

Cap. I.

Munire, inusitatâ notione. *Mortare*. Festi lectio defensa. Polenta Stoicorum cibus. In Charisio lacuna indicata; item medicina ei facta. *Trit.* Pleni dentes. *Plena*. Plauti defensa lectio, & explicata. item Lucilii & Arnobii.

SC. *Flōs veteris vini*. Paciscitur lena cum Phædro. Si velit curare ne sitiat facturam se ut amore suo portiatur; ad quod respondet Phædromus.

*Tibi nā ego si fidem servās mecum,
Vineam pra aureā statuā statuam, qua tuo
Gutturi sit monumentum.*

Temetè hæc follicitare nolo. Tamē in vet. cod. erat *mūnimentum* quod non reiculum omnino, ut sensus sit. Vineam tibi pro statuā statuam, quam ingurgites. Est verò metaphora à cibo: nam veteres *Munire* usurpabant etiam prò mandere cibum; atque hinc est quod in Festi Fragmentis legitur. *Munitio, mortificatio ciborum*. ubi male vir magnus *morfificatio* reponendum censer. Antiquis eum *Mortare* erat cōterere, unde *Mortarium*, vas ei usui destinatū. Sc. *Date viam*. Quam lepidè superbit Curculio parasitus, & omnibus obviā futuris, nisi de viā decedant, verbora se intentaturum minatur. Ait autem inter cætera.

— eos ego si offendero,

Ex unoqueq₃ eorum excuiam crepitū polentariū. Mendoſam hanc lectionem, etſi non omnes primā fronte

fronte ita iudicabunt, ego pronuntio, nec vereor ut nimis audacter. In vet. cod. erat, *ejiciam crepitum*: sed rectissimum est quod mss. Langii præferunt. *Exciam crepitum*. Dixit *Exciam* quod frequentativâ formâ alii ſæpius *Excitabo*. Nec aggerat mihi quis iſtum Charifi locum lib. 11. *Trit.* *Navius in Corollaria*, significat autem vocem murum, ut *Plautus* inquit, *Ejiciam crepitum polentarium, id est peditum, in Circulione*. Vocat Philosophorum Stoicorum crepitum polentarium eleganter & facetè, quia nimirum polentam ederent. *Ludit Persius Sat. 111.*

*Hand tibi inexpertum curvos deprendere mores,
Queque docet ſapiens bracatis inlita. *Medis*
Porticus in ſomnis, quibus & deponſa juventa
*Invigilat ſiliquis, & grandi pasta polentā.**

Porrò in Charisio nihil ferè incorruptum. In principio deſt Nevii exemplum, in quo *Trit.* legebatur: ergo reſcribo. *Trit.* *Navius in Corollaria*. ***. Significat autem vocem murum: ut *Plautus* inquit, *crepitum polentarium, id est, peditum, in Circulione*. Nam iſtud *Ejiciam* diligens librarius adjecit, qui *Plauti* verſum memoria tenebat, unde etiam colligere licet iam cum in quibusdam codicibüs deprivatam hanc vocem fuisse. Sensus verò Charisiani illius loci. *Trit.* significat vocem murum, aut, ut *Plautus* inquit, *crepitum polentarium, id est peditum*. Sequitur poſteā.

*Os amarum habeo, dentes plenos, lippiant, frances
fame.*

Magnæ heic & plusquam Cimmerię tenebræ Lambino, viro cætera doctissimo: adeò ut ſe explicare nullus poffit. Ego explicabo, ne quis cum illo poſt hac

hac impingat. *Pleni* dentes sunt quos Ovidius *sabros rubigine*, Petronius *aratos scabram rubigine* appellat; quoque ita fordes infestant, ut mucus narres. Sic *Plena* numero plurali substantivè pro sorribus apud Arnobium lib. vi. *Non hirundines domique intrà ipsos edum circumvolantes tholos, facularier stercoris plenas, & modo ipsos vultus, modo numinum ora depingere?* Et malè etiam istam lectionem sollicitarunt viri magni, mendique suspectam censuerunt. Est verò *Plenus* idem quod *Blennus*, secundum antiquam scribendi rationem; quia veteres *B* & *P* inter se commutabant, neque consonantes germinabant. Lucilius.

Deblaterat plenus, bonu' rustico' concinit una.
Qui locus haec tenus valde torfit Criticos, dum alius *plenus*, alius *blennus* putat restituendum. Præterea est Grecanicum. Etymologici auctor. Βλέννα, μύξα. οἱ δὲ διὰ τῆς παλέννης, καὶ πλέννα τὰ αὐτεννή καὶ συκίνητα.

Cap. II.

Lassæ lactes. Pane. Plautus à Charisio culpatus. Summanare. Dicare. Lintea tondendis injici solita. Met. Nis. Afranius emaculatus.

Eadem scenâ, eodem loco.

Ita cibi vacuitate venio lassis lactibus.
Vet. cod. *laxis*, ut & Nonius citat. Sed est ἀγχαιομός.
Eodem modò *Adassint* dixit pro *Adaxint*, Aulularia, ut ibi monui.

Triginta minis, vestem, aurum: & pro iis decem coacedunt.

Etiâ heic, ut alibi aliquoties, Græcâ inflexione numeris

meris exigentibus vet. cod. habebat, *Triginta minis.*

Hac sunt ventri stabilità, *panē*, & *assa bubula*. Vet. cod. *pane*, & a. b. Atque hæc vera lectio. Veteres *Pane* & *Panis* efferebant. Nonius. *Panis consuetudine masculino genere appellatur. Neutro Plantus Curculione. Hac sunt*, &c. Sed hoc ut ineptum carpit Charisius lib. i. *Panis masculino genere dicitur. nam et si neutro genere Plantus dixit, Pane & assa bubula, tamen virtuose.* Nec alio Arnobium oculos habuisse existimaverim lib. i. cum scribiligines genitalium exagitans ait. *Non item apud vos est positum hoc Pane, & hic Panis? Sc. Beatus.*

Quia vestimenta, ubi obdormivit ebrios,

Summano, ob eam rem me omnes Summanū vocāt. Scio Summanum rapacem esse, ideoque non improbo quod Lambinus hinc fictum comminiscitur, si tamen seorsum sentire licet, putaverim *Summanare* dixisse Plautum propter euphoniam, pro *Submanare*, id est ἵποχείεον ποιεῖν; & ludere voluſe in alliteratione. Sc. *I tu præ.*

LY. Tacuisse mavellem. LE. hau malè meditate, malè dicax es.

In vet. cod. erat. LE. *Hand in male meditantem, malè dicassis.* Optimè, & est *A'γχαιομός, Dicassis pro Dixeris.* Nam veteres indifferenter pronuntiabant *Dicere, Dicare*, ut *Lavere, Lavare, Tonere, Tonare, Boere, Boare*, & alia ejusmodi. Sc. *Quoi homini dii.*

At ita me volfelle, peccet, speculū, calamistrum meū Benè me amassint, neaque axicia, linticumqne extersum.

Linteum leno intelligit hic quod tondendo injictebatur: ideoque recte cum axicâ, id est forfice quo

capilli secantur, conjungit. Solebat autem tondere dis vestium integumentum injici, ne foedarentur: idque linteum fuisse ex hoc loco appareret. Capt. Sc. Iam ego revertar.

Nunc senex est in tanstrinâ, nunc jam cultros attinet.

Ne id quidem involucre injicere voluit, vestem ut ne inquiet.

Sc. Phadrome, propera. Curculio opem Phadromi implorat adverius viam militis.

CV. Phadrome, obsecro serva me. PH. tanquam met Genius meum.

Hanc veram & rectam esse lectionem fatebor, cum quis probaverit Genius in hominum, non in Genii homines fuisse tutelâ: nunc, quando id nemo satis dixerit, corrigo liberè.

PH. tanquam met Genius meus.

Sensus facillimus. Met verò pro Med, sive Me antiquâ scribendi ratio est, quod eo monitu*n* volui, ne quis pro expletivâ particulâ haberet. Sc. Argentarius male. Planesium pro Cappadoce lenone deprecatura fratrem inquit.

Frater, obsecrate, noli hunc condemnatum perdere. Corrigo. hunc indemnatum p. Nam Cappadox antè dixerat.

— prò deûm atque hominum fidem!

Hoccine pacto indemnatum atque intestatum me arripi?

Hanc conjecturam meam etiam vet. cod. stabilit, in quo signatè ita post prescriptum inveni.

MI. Ego te in nervum, haud ad prætorem rapiam, ni argentum refers.

CA. Ego te vehementer perire cupio, netu me ne- scias.

Nauci non est rò nescias. Rescribo, noceas. Elegans ἀγχαιομός. Me pro Mi, sive Mibi. Talis ille Afranii Vopisco.

— malè merentur de nobis heri,

Qui nos tantoperè indulgent in pueritiâ.

Sed corrigo, Qui nis. Veteres Ni pro Nobis dicebant. Festus. Calim antiqui dicebant pro Clam. ut Nis, pro Nobis. Sam, pro Suam: Im, pro Eum. Vel fasane Me poterit esse quartus casus, & tunc nihilominus erit ἀγχαιομός. Sic Milite, Sc. ultimâ.

Jurate non nociturum esse hominem de hac renem.

Et paullò pôst.

Juro per Dionam & Martem me nociturū nemine. Ita enim ibi legendum ostendemus suo loco. Tale est quoque quod eadē scenâ legitur sub exodium.

Magis metuant, minus has res studeant.

Item Amphitruone.

Velatis manibus orant ignoscamus peccatum suum.

AD

C A S I N A M.

Clariss. Viro

N I C O L A O F A B R O

Christianiss. Gall. Regis Consilia-
rio, & Illustriss. Principi
BOVRBONIO A studiis.

I O A N N E S M E V R S I V S S. D.

Qvanta in te eruditio sit, quanta humanitas item, V. CL.
nemo paullum modo doctior, nemo humanior est qui igno-
ret: & hujus utriusque singulari splendore animos tibi ecrum
de vimisti omnium, qui eruditum esse & humanum quid sit
sciunt, & curant. Atque ut verum fatear, non aliae res me im-
pulerunt, ut hec ad Plautum iudicio tuo elegantissimo commit-
terem. Quanguam quid impulerunt: libentissimo id feci, si quid
unquam. In virtus tamen quodammodo, quia vix à verecun-
diâ meâ, ut his talibus tibi importunus esse auderem, impera-
re potui: atque ita nihil à vero alienum dixi. Quicquid horum
erit, non ingratum fore spero meum in te amorem observan-
tiāque. Amabis itaque me, si potes, & hec ad Casinam Plan-
ti examinabis: quod quidem impetrabo abste non difficulter,
aut pro me Plautus: A iudicio tuo pendebo, ut à magnete PLA-
ni annuli ferrei.

Cap. I.

*Postidea. Interidea. Glossæ correctæ. Ni pro
Ne. Femina pro Hēmina. etiam Semina. Ho-
spicari. Iuno Hospita. Martiani lectio defensa.
Reddebo. Mellilla. Mellina.*

Sc. *Saluere jubeo.**Ejicite ex animo curam, atque alienum eis.*

Vet. cod. *Ducite ex animo. Quid si? Diucite ex a.*
Deinde.

Diphilus

*Hanc Græcè scripsit, post id rursum denuò
Latine Plantus cum latranti nomine.*

Vet. cod. *post id eam rursum d. Scribo, postidea rur-
sum. Nam dicebant, ut notū est, Antidea, Postidea.
Interidea. Et malè hodiè in Glossis legitur. Entori-
dià, ε τῷ μετρῷ. Scribo, Endotericæ, pro Interidea.*

*Hera facit, educavit magnâ industria.**Quasi si esset ex se nata, non multò secus.*

Melior lectio veteris codicis *Quam si esset, &c. Sub
exodium scenæ.*

Mox hercle verò, transacta fabula.

Non satisfactum legi metricæ, itaque rescribo ex
veteri codice.

*Mox hercle verò post, transacta fabula.**Sc. Non mihi.**Quid in urbe reptas villice hic magni preti?*

Vet. cod. i. u. restas villice hic nō magni p. Transpono.

E 3

Quid

Quid in urbe hic restas villice non magni preti?

Sequitur.

Chaline non sum oblitus officium meum.

Scribo ex vet. cod.

Chaline non sum ego oblitus officium m.

Sequitur.

Mea præda est illa, proin tu te in laqueum induas.

Vet. cod. *in laqueum ne duas.* Melius omnino, aut certè, *in laqueum ni duas.* ut sit $\alpha\gamma\chi\alpha\tau\mu\delta$ Plauto convenientis.

Ex sterquilino effosse, tua illæc præda sit?

Vet. cod. *E.s. effosse tua illæc præda sit.* Nec minori elegantiâ, aut facetiâ.

*Dabitur tibi amphora una, & una semita,
Fons unus, unum abenum, & octo dolia.*

Scribserim, & una femina, $\alpha\gamma\chi\alpha\tau\mu\delta$ pro *hemina.* Sic dicebant, *Hospitîs, Fostîs.* & similia. Possis etiam, quod propius vulgatam lectionem accedit, & *una semina* legere. Veteres enim *H & S* inter se commutabant: sic *Hospicari* gemino archaismo pro *Suspicari* dicebant, itaque extulit Claudius Quadrigarius Hist. viii. Diomedes lib. i. *Quod nos Suspicatur veteres Hospicatur dixerunt.* *Claudius v i i.* Hist. hospicatur ait. Eaque ratione *Hospita* Iuno eadem quæ *Sospita* vulgo. Martianus Capella lib. i. *Junonis verò Hospita Genius accitus ex nonâ.* Peceat, qui mutant. Statius ecce similiter lib. iii. Sylv. i.

Quo pater atherius, mens que accita Deorum

Turba, & ab excelsô veniat soror Hospita templo. Sed negabitur conjectura hæc mea valere, ut legi metricæ contraria, cum *Hemina* medium producat: illis respondeo trimetros terminari tam spondeo,

quani

quam jambo, atque hoc pro me præstabunt abunde ipse Plautus, Teretus, & Priscianus libro de verbis Comicis.

— *quod te postules*

Gustare quicquam: nunquam adepol jejunium

Jejunum est aquæ, atque ego ruri reddibo te.

Vet. cod. aliter interpungit, & legit.

Gustare: quicquam nusquam adepol gentium

Jejunum est aquæ, atque ego te ruri reddibô.

Sanè optimè. Deinde lego, reddebo te, $\alpha\gamma\chi\alpha\tau\mu\delta$. & ineptit Nonius. Sic *Dicebo Nævius Pathicus*

— *primum quod*

Dicebo rectè, secundum quod dicebo è melius.

Item *Fidebo.* Idem Nævius loco citato.

Tibi cum fidebo, fidelis ero.

Nam solebant plerique verba & secundâ & tertiâ conjugatione efferre, quod etiam memini monere ad Catonem, natus error ex scribura, nam librarii I pro E scribabant.

Mea vita, mea medulla, mea festivitas.

Vet. cod. & Lang. membr. *mea mellilla, mea f.* Optimè: est $\bar{v}\omega\omega\epsilon\iota\bar{\nu}\bar{\nu}$ verbi *Mellina*, quo alibi nō semel utitur; quamvis male hodiè in vulgatis *Mellina* pro *Mellina* legatur. Rectè enim meus codex *Mellina* semper refert.

Meus pullus passer, mea columba, mi lepus.

Constituo tetrametrum, & scribo.

Meus pullus, meus passer, &c.

Facilè potuit elabi hæc vox toties repetita.

Quum mihi hæc dicentur dicta, tum tu furcifer

Quasi mus in medio pariete versabere.

Vetus codex aliter.

*Quoniam mihi iste hec dicentur, tum tu furcifer
Quasi mis in medio parietis vorhabere.*

Constituo trimetrum, & scribo. *Quoniam iste hec mihi dicentur, tum tu f.* Nam rō dicta aliquis malē feratus adjectit.

CH. *Nunc ne tute mihi respondere postules*

Abeo intrō, tādet sermonis tui. OL. te sequor.

Ineptum hoc. Quomodo enim Charinus Olympionē responsum exigere poterat, cum ipse Olympio longo isto praecedenti sermone eum compellasset? Melius vetus codex.

Nunc, ne tū respondere postules me tibi.

Sed luxata sunt ista, & transponenda in trimetrum.

*Nunc, ne tu tibi me respondere postules.
Hęc verillima hujus loci lectio.*

Cap. 11.

Optio. Opio. Festus correctus. Horior. Deliquum. Antedire. Initio. Munditior. Impetrasco: Euclius emendatus apud Nonium. Impetrasso. Amasso.

Sc. *Obsignate cellas.*

— atque ea ipsa eccam egreditur

Foras, non pol per tempus iter incœpi.

Scribo ex vet. cod.

— atque ea ipsa eccam foras

*Ingreditur, non pol hoc mihi per tempus inceptum
ut sit octonarius. Sc. Sequimini.* (est iter.

Nec mihi ius meum obtinendi copia est.

Vet. edit.

Nec mihi meum jus obtinendi optio est.

Trans-

Transpono, est optio. Paulus Festi mutilator. *Optio est optatio, sed in re militari, &c. Quod & Gulielmiū occupasse video. Illud verò hāc occasione, Festi emendandi causā, annotandum duxi, veteres verbo primitivo *Opio* dixisse, unde frequētativum *Opto*, (ut *Apio, Apto. Rapio, Raptio.*) atque hinc *Optatio*, illinc *Optio* verbalia. Itaque male est apud eum, quem dixi Festum, *Predotiuunt praoptant*. Nam *Predopiuunt* scribendum. D. inseritur, ut in *Redamo*, & talibus. Similiter rō *Hortor* iidem illi veteres primitivum *Horior* extulerunt: ut monet Diomedes lib. 1.*

Quando tibi nil domi deliquum est.

Vet. edit. *domi deliquom' st.* Optimè, pro *Deliquum, ἀσχαινῶς*. Festus. *Deliquum apud Plantum significat minus.* Et video ex annotatione marginali etiam Nobilissimo Dousę hoc ipsum in mentem venisse. Sc. *Omnibus rebus.*

Omnibus rebus ego amorem credo, & nitoribus, nitidis antevenire.

In vet. cod. *n. nitidis antenire.* Suspicor Plautū scripsisse, *antedire, pro anteire.* Nam D. ut notum est, casci illi inserbabant.

— coquos equidem nimis demiror, qui utuntur condimentis. (stat.

*Eos eo condimento uno nō utier, omnibus quod præ-
Melius vet. cod. qui utuntur tot condimentis.*

Qui postquam amo Casnam, magis initio munditiis munditiam antideo.

Vet. cod. *magis initio munditiis munditianti deo.* Re-
etissimè. Per Deum intelligit Amorem, cui munditianti, id est mundo, initiate se dicit. *Initiare quid*

Vet. cod. possum ego fieri. Nec temerè damno.

Sc. Face Chaline.

Uxor aqua. OL. noli uxori credere. ST. ha-
be animum bonum.

OL. Credo herclē hodiē devorabit sortes si attigerit.
CH. tace.

Melius est in vet. cod.

OL. Credē herclē, hodiē d.s.f.a.

Observandum obiter totā hac scenā genus divi-
nandi sortibus in stellam cum aquā demissis, vide-
turque ab Assyriis manasse. Pſellus de Dæmonibus,
interprete Marsilio Ficino: *Eſt & quædam in pelni
vaticinatio, per quam rustici sapè vaticinantur. pro-
fecto quemadmodum predictio quædam fit, id eſt per
aërem, at que per folia, ſic predictio quædam fit in pe-
lini, apud Assyrios frequentata & nominata.* Nec lō-
gè diversa putem tuile, que Græci xύτλα voca-
runt. Hesychius xύτλα. τὸ ἐφ' ὑδάτῳ ἔλαιον. ή ἐδ^ο
μαντείας δι' ελαίᾳ ή ὑδάτῳ γίνεται. Planè tamen alia
hydromantia de quā Iſidorus Orig. viii. ſic ſcribit.
*Eſt hydromantia in aqua inſpectione umbras demo-
num evocare, & imagines vel indiſtationes eorum vi-
dere, ibique alia ab eis audire, ubi adhibito ſanguine
etiam inſeros perhibentur ſcificari. Quod genus divi-
nationis à Persis dicitur allatum.* Ad hanc pertinent
iſta Euñapii in Iamblico. Οὐ δὲ ἐπιθαύσας ὑδάτῳ,
τὸ γχαρε. δὲ ἐπὶ τῆς οὐρηίδῃ κατὰ πλῶ ὑπέσκλυσιν κα-
θίσεις, ή βεγχέα τινα προστῶν, ἐξεκάλεσον Σπὸ τῆς
οὐρῆς κατόδεν παιδίον.

OL. Taceo, deos quoſo, tu ut quidem hodiē canem
& furcam feras.

In vet. cod. eſt. camum & furcam f. Priorem lectionem

nem non ſollicitaverim temerè nam lego apud Fe-
ſtum τὸ Canis eſſe genus vinculi; *Catulus*, ait, *genus
quoddam vinculi, qui interdum Canis appellatur.* Iam *Canus* ſive *Κηνὸς*, nam purum putū Græcū eſt,
frenum equorum appellatur, quod quomodo heic
locum habere aliquem poſſit nō video. Videtur
tamen non nihil afferere, quod κηνὸς eſt etiam δί^{τη}
κατίσσων αἱ Τῆνοι ἐπικειμένη τῷ κεδίσκῳ. ut teſtatur
Pollux lib. viii. cap. i. quod ipsum mihi nihilominus
non ſatis placet. Iudicent doctiores. Mihi ſuffi-
cit duplē lectionē proposuſſe, & pro utrāque
aliiquid dixiſſe. Respondeſt verò huic Olympionis
imprecaſiōni Chalinus, & deprecatuſ eam ſuppli-
cium illi optat, ut pedibus pendat. Sic ait.

CH. *Mihi ut fortio eveniat, ut quidem herclē
pedibus pendeas.*

Lego, ſ.eveniat, tu quidem b. p. p. Quod multo ele-
gantius: videbit facile qui non nimis obefæ naris.
Regerit Olympio.

At tu, ut oculos emūgare ex capite per naſum tuos.

Quid times? paratum oportet eſſe jam laqueū tibi.

ST. *Periſſti, animum advortite ambo.* OL. taceo.
Melius ſanè vet. cod.

— p. o. eſſe jam laqueum tibi.

Periſſti. ST. animum advortite ambo.

Nam τὸ Periſſti magis congruit sermoni Olympio-
nis laqueum paratum eſſe oportere dicentis. An ve-
rò ambo, an amabo legas ſusque deque eſt.

CH. *Tu ut liqueſcas, ipſe aſſutū virgis calefactabere.*
Vet. cod.

*Tu ut liqueſcas ipſe aſſutū, virgis calefacto aere.
Facile corrigerē.*

*Tu ut liquescas ipse actutū virgis calefactus acies
Orta menda ex compendiosa scriptura calefact⁹.
Dixit verò Acré pro Acriter. Solēt enim affectiva
neutra usurpari adverbialiter, vel quia veteres etiā
Acrus dixerunt, ut patet ex Cn. Matio, & Glosso-
rio, quomodo notavi Critici mei Arnobiani, lib. i.
cup. xi.*

*Percide os tu illi hodie. age ecquid fit? CL. ne ob-
lexis manum.*

Rectè Ianus Douſa V. N. legit objexis, ut video ex marginali annotatione. usurpavit autem Plautus *Obligere ἀρχαινῶς pro Adjicere*, (nam *Ob* pio *Ad* dixisse veteres ex Festo notum.) Ergo *ne objexis ma-
num*, significat, *ne attigeris*. Sic postea eadem hæc Cleostrata, cum ille nihilominus verberibus impe-
teret, objurgans interrogat. *Quid tibi hunc tactio est?*

Cap. iv.

*Mehe, ἀρχαιοπός. Erumnule. Viatorum
furcae. Carbones venundari soliti. Carbona-
rius. Carbonariae cellæ. Festi & Nonni ἀμέση-
mu μυημονικὸν. Epol. Edepol. Equirine. Ejuno.*

Sc. Si nunc me.

— audio aperiri fores

Mibi benevolentis, atque a me prodeunt.

In vet. cod. erat.

Mibi benevolenti, atque illi ad me prodeunt.

Rescribo, *Mehe benevolenti, atque illi a. m p. quod aliter dicret Plautus, nō ingratius meis.* Veteres au-
tem *Mehe* pro *Me* dixerunt. Quintilianus Orat.
Instit. lib. i. cap. v. *Mehe quoque pro Me, apud anti-*

quos

quos, Tragædiarum præcipue scriptores, in veteribus libris invenimus. Sciolī isti librarii elegantem ἀρχαιοπόλη ignorantes, tam fædè nobis locum istum interpolarunt. Sc. Sine modo rus.

— ego remittam ad te virum

Cum furcā in urbem, tanquam carbonarium.

Vet. cod. r̄d ego malè omittit. Porro furcas hic intel-
ligit, quibus viatores sarcinas & onera alligata ge-
stabant, quas alibi noster hic Sarſinas *Erumnulas* appellavit, ut testis istis verbis Festus. *Erumnulas* *Plautus* refert furcillas, quibus religatas sarcinas via-
tores gerebant. Observare prætereat hic est olim Ro-
ma carbones venundari solitos, atque hoc *Carbo-
narium negotium exercere*, dixit Auctor de Viris Il-
lustribus, *Marcus Emilius Scavus nobilis, pa-
uper. nam pater ejus, quamvis Patricius, ob paupertatē
carbonarium negotium exercuit. Qui id operis facie-
bat, Carbonarius dicebatur. Glosse. Αὐδεγκοπώλης,
Carbonarius. Habebat etiam cellas certas in quibus
carbones reponebant, eaque Carbonaria diceban-
tur. Glosse. Αὐδεγκοδίκη, Cella Carbonaria.*

Recessim cedam ad parietem, imitabor nepam.
Festus paullum variat.

Recessim dabo me ad parietem, i. n.

Magis multò Nonius. *Retrovorū cedam, imitabor
nepam. Sed uterque memoriā lapsi.*

Certum est hunc Accheruntem premittam prius.
Non peius vet. cod. *C. e. hunc ad Accherontem p. p.*

OL. *Ita me dī bene ament, ut ego vix represso labra*
Ob istam rem quin te deo sculer, voluptas mea.

CH. *Quid deosculer? quæ res est? quæ voluptas tua?*
In veteri exemplari meo erat postremus versus ali-

ter

ter conceptus.

CH. *Quid, deosculer te? quae res? quae voluptas tua?*
Pro quo, si mutari debet, rescriberim. *Quid deosculere? quae res? q.v.tua?*

OL. *Eiquid amas nunc me?* ST. *immò edepol me,*
quàm te minus.

Tollo disjunctionem, & scribo.

ST. *immò edepol me quàm te minus.*

Sententia perspicua. Præterea hoc monebo, scribendum ubique *Edepol*, sine dipthongo. Mos enim veteribus vocales longas duplicare, & vel *Hvel'D* inferere: Itaque pro *Epol* scribebant *Epol* & *Edepol*, sicut *Mecum*, *Meecum*, *Medecum*, & similia. Nam *Epol* dicebant, quomodo *Ecastor*, *Equirine*, *Ejuno*. Quæ duo postrema non ubique obvia. Prius est apud Festum legere, posterius apud Sosipatrum lib. II.

Ut hic sit secum, se adjuvet, cubet secum.

Vet. cod. *se adjutet, c. f. quod non injuria prætulerim.* Amat enim Plautus frequetativa ista usurpare.

Turus uxorem duces, id rus hoc erit,

Tantis per dum ego cum Casinā faciam nuptias.

Magis placet vet. cod. lectio.

— *id rus domus hæc erit.*

Intelligit domum vicini sui, cuius paullò ante mentionem fecit. Sc. *Nunc amici.*

Sed tu cave inquisitioni mibi sis. AL. *usque ade-ro domi.*

Vet. cod. *S.t.c. in quaſtione mibi ſi. Quod firmat con-jecturam Douſe legentis, in quaſtione.*

Cap.

Cap. v.

Qui ἀρχαιοπός, pro *Cui. Serui sale empti olim. Occaſo. Caſo. Caſabūdus. Flos Liberi. Aνδρὶς ηγαῖς, Aνδρὶς τεγδος. Malum pefſimumά.*

Sc. *Vt properarem.*

Sed ecum egreditur, ſenati columē, preſidiū poplī,
Meus vicinus, meo viro qui liberum præbet locum.

Non ecaſtor viliſ emptiſ, modiū, qui venit ſaliſ.

Hæc Clioſtrata loquitur iracunda, & planè εἰπωνεύοντα; itaque vituperium eſt Alceſimi, non latiſ. Locuſ autem diſſicilis, qui Lambino & Douſe (arqui-bus viriſ) non parum exhibuit negotii. Quibūs ut aſſentiar nondum perſuafus ſum. Mihi videtur le-genduni.

Non ecaſtor viliſ eſt emptiſ, modiū qui venit ſaliſ.

Et vet. cod. *vili* habet, non *viliſ*. Exprobat autem ei olim ſervum fuſſe, & ſaliſ modio venuim iviſſe. Nā ſervi ſale olim empti. Pollux lib. V I I . cap. 14. *Aλαντοὶ ἐκαλλύποι οἱ μηδεὸς ἔξιοι τῶν ὄικετῶν, οἱ λᾶν Σερ-κῶν οἱ μεσόγειοι, ἀλῶν ἀρτικατηλάτοντο τὰς ὄικετας.*

Quod etiam legas apud Hesychium, Suidam, Ety-mologicographum, Autorem præverbiorum, & alios Grammaticos. Dixit verò qui *modiū venit ſaliſ*. pro, *cui modiū ſaliſ impensus eſt.* Simili figurâ Virgilius dare classibꝫ *Austros*. Porro *Qui ἀρχαιο-πός eſt, pro Cui.* Nam caſci illi à recto *Quis defie-ſtant, Quis, Qui, Quem.* Hæc mea ſententia, quam eatenus valere volo, ſi doctis proba ceneſebitur.

Sc. *Stultitia magna.*

Stultitia magna eſt, meā quidem ſententia,

F

Homie-

*Hominem amatorem ullum ad forum procedere
In eum diem, cui quod amet in mundo siet.
ultimo versus in ver. cod. ita erat scriptus.*

*In eum diem, quo quod amet in mundo siet.
Vera lectio hæc quo quod a. i. m. f. Amatorem, in-
quit stultitia est procedere in forum, illo die quo
habet quod amet. Sc. Viso huc.
AL. Sed eccl ante adis. ad te hercè ibam commodū.
ST. Atque ego hercè ad te.
Melius in vet. cod. persona collocatꝝ.
ad te hercè ibam. ST. commodū.*

Atque ego h. a. t.

Satin propter te pereo ego, atque occasio.

*Quatinus bona hæc lectio, in veteri tamen codice
est. atque occasio; quod profectò nec contemnendū,
nec levi brachio prætereundum: Nam veteres Oc-
casio à supino Occasum efferebant, sicut à Casum, Ca-
so; unde Casabundus.*

*Quà ego hunc amorem mihi esse autē dicam datū?
Annotarunt in margine, s. ratione. Deleo, & suppleo
ex vet. cod. in quo ita signatè legitur.*

Sorte quà ego hunc, &c.

Sc. Nulla sum.

— ST. timeo hoc negotiū, quid est: nisi hac meraco

Se uspiam percussit flore Libyco. —

Longè aliter vetus codex.

— ST. timeo hoc negotium quidem:

*Nisi hac ιμέει γλωσσαν uspiam percussit flore Liberi.
In fine rectè est flore Liberi, quomodo & V. CL. Iu-
stus Lipsius legendum conjectit. Græca verò illa im-
probare temerè non ausim, cum nō insolens Plauto
sit dictiones Græcas suis scénis infarcire. Iudicent
eruditī.*

*eruditī. Est autem Flos Liberi vinum, ut rectè Lipsio
visum. Sic ἀνθοίς οἴφαις dixit pro igne Aeschylus
Prometheo. Ita enim Κράτος & Bia Vulcanum al-
loquuntur.*

τὸ σὸν δὲ ἀνθοίς, πανέχυς τοὺς σέλας,

Συντοῖσι κλείφας ἀπαστρεῖ.

*Sed ἀνθοίς πυρὸς, ut Philostratus loquitur elegan-
ter, flamma est. locus est lib. Eἰκόνων in Scamandro.
Καὶ τὸ ἀνθοίς οἱ πυρὸς, οἱ ξανθοὶ, εὐδὲ τὴ εἰδησμένη ὄψει,
ἀλλὰ χρυσοεῖδες, οὐ πιλάθες. Aeschylus, si propriè lo-
qui voluisset, πυρὸς σέλας dixisset, quod tamen abu-
sivè pro ipso igne ponere maluit.*

— PAR. Here mi. ST. quid vis mea ancilla?

PAR. nimium savis.

ST. Numero dicis: sed hoc quidquid est loquere.

*Et cur? mea ancilla. quod blandientis est, non incre-
pantis. Scribo ejetā voce, quid vis ancilla? ita diser-
tim præferebat vet. cod. meus. Malim præterea. Ni-
mirum dicis. Id est. Ex tuā quidem sententiā. Ortus
error ex antiqua scribendi ratione, Numerō; Nam,
ut notum est V pro I. item E pro I. & O pro V. scri-
bebant. Atque hinc nobis Numerō fabricati sunt.*

*Quid intus tumulti fuit? PA. scibis. audi malum
peſſimum.*

*Quod hic modò intus apud nos tua ancilla hoc pa-
eto exordiri*

Cœpit.

Melior lectio vet. cod.

PA. audi, scibis, malum, peſſimumq;

Hic modò, &c.

*Cum enim malum dixisse non vehemens satis esset,
eleganter peſſimumq; addidit ad exprimendam ma-*

gis facinoris fœditatem. Similiter Arnobius noster lib. 11. *Quibus mali sumus, & pessimi, &c. & aliquoties.*

PA. *Tibi infesta soli est plus, quam cuquam.* STA.
quamobrem? PA. quia se des.

Uxorem Olympioni: neque se tuam, nec se suam,
Neque viri vitam finet in crastinum protolli.
Rescribo, ut est in vet. cod. *neque tuam, nec suam.* Nā
malē rō se bis inculcatum non leviter turbat.

Cap. vi.

Ingratis, Invitis, adverbialiter. Amire. In-
canis. Corbito. Tamenet si. Nilum. Integer, pro
rustico, novē explicatum.

Eādem Scenā, sub finem.

ST. *atque ingratis, quia*

Non vult, nubet hodie: —

In vet. cod. erat. *atque ingratis.* utrumque non malē, nam dicebant *Gratis, Ingratis. Gratis, Ingratis.* Simili modo *Invito;* ut observat Charisius Instit. lib. 11. *Invito, ut falso. Plautus in Cœco, aut in Prædonibus. Neque eam invito à me unquam abduces.* Quod idcirco putavi tractandum, quod numero pluri-
mali adverbialiter *Invitis* video dictum. Sc. Vide fur.

Atat cesso magnifice patriceq; amiceq; ita hero
Meo ire advorsum.

Dousa, amiciri, atque ita hero. Ego malum, patriceq;
amiri itaq; hero. Veteres Amire pro Amicire dice-
bant, remanetque vestigium in Redimire;
OL. *Ah hodie.* ST. *mane vero, quāquam fastidis.*
OL. *Hei, hei, foetet.*

Tuus

Tuus mibi sermo.

Acutè Nobilitissimus Dousa. *Vah odio es. Mihi tamē*
videbatur. Vah odi te. quod minus paullò à vulga-
tā lectione abit: vel, quod certius. Vah hæde. Expro-
bat enim ei fatorem. Sc. Nec polo ego.

— illa autem senem

Cupiunt extrudere incanatum ex edibus.

Non contemnienda vet. cod. lectio, & mss. Lang.

— illa autem senem

Incanem extrudere cupiunt ex edibus.

Est autem *Incanis* ἀσχετὸν, pro *Incanatus.* Ecce in
Glossis Isidori. *Incanis. Plaut. Incanem ex edibus.*

Novi ego illas ambas estrices, corvitant ubi

Comeſſe possunt.

Vet. cod. *corbitant, ubi.* Non malē Lambinus, *corbi-*
tam cibi. Sed nihil mutandum. Festivum scomma,
& facetiarū jocorumque patre Plauto dignissimū.
Novi, inquit, illas estrices, quę tam strenue cibo se
explent, ac si corbitam aliquam onerent: atque hoc
ipsum est quod dicit eas *Corbitare.* Sc. *Si sapit.*

Qui amat, tamen herc'li et si esurit, nullum esurit.

Correxerim ad hanc faciem.

Qui amat, tamen herc'li et si esurit, nilum esurit.

Tamen-etsi pro Tamet si omnes sciunt; & est tmēsis.
Nilum antem efferebant pro Nihilum, ut Nil, Ni-
hil. Orta menda ex ratione *V* pro *I* scribendi, &
literæ *L* duplicatione. Etsi non malē emendasse vi-
deri poterat Dousa, nullus esurit. Sc. *Age tibicen.*

OL. *Esurio herc'li, atque adeo haud sitio.* ST. *at*
ego amo.

Nihil agit Lambinus. Optimè meus codex, ex quo
lego.

*Esurio hercè, atque adeò haud parum fitio.
Dictione vnicā iminissā necessariò.*

ST. *Nam quid illæc nunc*

*Tam diu intus remoratur quasi ob industriam?
quanto ego*

Plus propero, tanto minus.

Auctior vet. cod. tanto illa minus. Quod non ejiciendum temerè. Sc. *Sensim super.*

— OL. *abite intrò. AN. integra atque*

Imperita huic impercito. ST. futurum est. —

Aliter vet. cod. *Imperita huic impera.* Rectè; una enim ancillarum in alteram à se amolitur hoc iussum Stalinoris, cum convitio integrum atque imperitam vocans. Hoc porrò minimè silentio prætereundum: *Integer hic sumi pro imperito & rustico,* quomodo & nos in nostro vernaculo sermone dicimus de ejus generis homine. *Hp. is so hccl.*

OL. *Quin imus ergo? ST. bella bella tu mea.*

Vet. cod. ST. *bella bellatula Casina.* Putem scribendum, *bella bellula Casina.* Vel, *belle bellula*, ut Dousa,

Cap. V I I.

Præsidem locum præbere. Charinus.

Act. v. Sc. i.

Lubet Chalinum, quid agat scire.

Priscianus lib. viii. aliter. L. *Charinū.* Et sanè fatis Grammatici ejus autoritas, ut putem per totam hanc Fabulam ita servi istius nomen scribendum, quod etiam in Mercatore, & Terentii Andriæ hodiè legitur. Itaque hoc erit firmandæ opinioni meæ.

Quo senex nequior nullus vivit, ni illum

Quidene

*Quidem nequiorem arbitrarer esse, qui locum
Præbet illi. nunc præside hic, Pardalisca,
Etiam qui hinc exeat, eum ut ludibrio habeas.*

Rescribo, ut reperio in vet. cod.

Quo senex nequior nullus vivit, ne illum

Quidem nequiorem arbitror esse, qui locum

Præbet illi nunc præsidem. hic, Pardalisca,

Esto, qui hinc exeat eum ut ludibrio habeas.

Eleganter oppidò dixit, *locum præbet illi præsidem,* pro eo quod est, *nemo illi nequitia concedit.*

— PA. *ponè me, amabo.*

MVR. *Et illi audacius licet quavis liberè*

Proloqui. PA. tace: vostra foris crepituit.

Omnia hæc vet. cod. Pardalisçē sermoni tribuit, sed malè: præt mihi tamen viam ad veram lectionem.

— PA. *ponè me, amabo.*

Et illuc audacius licet quavis liberè

Proloqui. MVR. tace: vostra foris crepituit.

Aut, *Et ibi aud. ut erat in vet. cod. Sc. Neque quo fu-*
giam.

OL. *Ita quasi sentis labra mihi compungit barba.*

Melius vet. cod. *Ita quasi setis l. m. c. b. Comparat le-*
pidè pilos barbæ cum setis. Sc. Ubi tu es.

ST. *Lepidiorem uxorem nemo quisquam, quam ego*
habeo. hanc, habet.

Corrigo ex vet. cod.

ST. *Lepidiorem uxorem nemo quisquam, quam ego*
habeo, hanc habet.

AD
CISTELLARIAM.

Cap. I.

*Ventu. Somnu. Susurru. ἀεχτούσος. Displici-
na. Frigida, ἀτηνός. Contigui patres. Lugubre,
Exercitus, pro cruciatu. In Afranio phralis no-
tata. Cor dolium. Vinum crucium. Agnus cu-
rio. Secuum libum. Cor non habes. Et, Mulier-
es, convitia in mulieres. Exdem pectus pro
corde habere dictæ est.*

Act. I. Sc. I.

GY. *Quod ille dixit, qui secundo vento veltus est;*
Tranquillo mare, ventum gaudeo ecclastor ad te.
 Corrigo. *secundo ventu. A ἀεχτούσος est, tiam veteres*
pleraque ista nomina secundā & quarta declinatio-
*ne effetebant, ut *Senatus*, *Fructus*, *Tumultus*, *Do-**
mus, & talia. Correctionis hujus mihi auctor Chা-
risius Instit. Gramm. lib. I., ubi disputas an sexto ca-
*su *Mare* vel *Mari* deberet dici; prolatis in priorem*
sententiam ex Varrone utroque & Plinio testimo-
*niis, in posteriorem autem hunc Plauti locum pre-
 ducit. *Plautus in Cistellaria. Secundo ventu veltus**
est tranquillo mari. unde etiā liquet *Mari* heic Sar-
*sinatem nostrum, non *Mare* scripsisse; itaque repon-
 endum. Nec alia face *Somnu* Varro dixit lib. I.,
 cap. II. de R. R. *Aestivo die, si non diffinderem meo*
insitio somnu, vivere non possem. Nec debebat eru-
 dirissimus Victorius mendum censere, cum ita in
 optimis suis manuscriptis offenderet. Apuleius ite-*

Susurrū. Apolog. III. Tibia questu delectabilior, & fistula susurrū incundior, & buccina significatu longinquier.

GY. *Nec, nisi disciplina, apud te fuit quicquam q̄bi, quin m̄ h̄ placeret. Si. quid ita amabo?*

GY. *Raro nimium dabant quod biberem, id merum Infucabat.*

Primum emēdo ex vet. cod. *Hec nisi dis̄plicina. Deinde ex conjectura. Rarō nimirum dabant. Omnia, inquit, mihi placuerunt, pr̄terquam quod rārō dabant quod biberem, atque id quidem nō merum sed dilutum. H̄ec genuina hujns loci lectio. Dis̄plicina vox est Plauto hercules dignissima, cuius elegantiā cum mininē assequerentur, Disciplina & Discipula substituerunt nimis ineptē.*

*Palām blandiuntur, clām, si occasio unquam est,
Aquam frigidam subdolē suffundunt.*

Viris cum suis predican nos solere.

Rescribo ex vet. cod.

*Palām blandiuntur, clām, si occasio unquam est,
frigidam*

Subdole suffundunt, viris cum, &c.

Nam rō aquam aliquis malē feriatus de suo adjecit satis insulſē; notum enim vel pueris veteres imitatione Gr̄ecorum Frigidam ἀτλῶ̄ protulisse. Ipse noster Plautus Mostellarīā, ut alios quamplurimos omittam.

*Iam pridem ecaſtor frigidā non lavi magis lubēter.
Pergit in suo sermonē lena.*

— & ego & tua mater amba

*Meretrices fuimus, illate, & ego h̄ac mihi educavi
Ex patribus conventiis.* —

Hic

Hic fixa crux magnis viris, Camerario, Lambino, Douse, nec quisquam se extricat. Restituo, ut erat in veteri meo codice. *Ex patribus contiguis. Eleganter! Contigi patres sunt fortuiti & illegitimi, quales sunt spuriorum.*

Nam si hac non nubat, lugubri mihi fame familia pereat.

Vetus codex unā voce minus. *Lugubrē fame f. p. Re-*

ctē. Lugubre, id est miserabiliter, & mudo lugendo.

Nam si quidem ita eris ut volo, nunquam etate Hecale fies.

Vet. cod. omittit rō etate, nec malē.

Noli obsecro lacrymis tuis mihi exercitū imperare.

Lambinus restatur in duobus mss. esse excruciatum imperare, & ita meus codex habebat. Subolet tamē mihi glossema, & veram Plauti lectionem censem exercitū i. Impulit librarios in errorem elegans & edecimata vocis significatio minus intellecta. Est autem Exercitus heic nihil aliud quam cruciatus, & animi angor, quartā declinatione. *Exercere enim pro angere & excruciare quidam usurpatunt. Ipse hic noster Bacchidibus.*

*Quæ sodalem atque me exercitos habet:
Afranius Suspectā.*

Ita ut huic ero adolescenti, cui susprium tradidit

Qui me est animi exercitus. —

ubi Exercitus est activè accipiendū, qualia loquendi genera multa apud Nonium videre possumus, *De contrariis generibus verborum.*

ST. *Mea excrucior mea Gymnasium, male mihi est, male maceror.*

Inepta h̄ac profectō, & legendum ex vet. cod. *Ma-*

le ex-

*lè excrucior mea Gymnasium, &c. Quod & Dousē in
mentem venit.*

— SI. at mihi

*Cordolum est. SY. quid id? Unde tibi est cordo-
lum? commemora obsecro.*

*Quod neque ego habeo, neque quisquam alia mu-
lier, ut perhibent viri.*

*Legendum censeo utrobique Cor dolium singulé-
ras. Sic Pænulo, Sc. Negotii sibi.*

— ibi tibi

*Erit cordolum, si quam ornatam melius fortè con-
spexeris.*

*Iterum dirimo, Cor dolium. Vocab Cor dolium è mē-
moriā, quod doletet, ut vinū Crucium Lucilius apud
Festum quod acore cruciaret: ipse hic noster Tru-
culento, Stridia verba. Nec aliter Aulularia agnus
Curio, sive Curius, (nam utroque modo efferebant,
ut Amasius, Amasio. Pusius, Pusio, & talia.) qui ple-
nus quasi curis esset, idéoque imaceret, sumptā ab
hominibus metaphorā. Ad eandem faciem sunt di-
cta, libum Secium apud Festum; exta, Proscenia, sive
Proscia: sarcimina Infisia, frumentum Praemetum.
Porrò Plautum ita scribisse, vel ex sequenti versu
colligi potest.*

*Quod nec ego habeo, neque quisquam alia mulier,
ut perhibent viri:*

*Viri enim non quidem à dīgō istud & dolorem in
mulieres cadere, sed tantum cor habere, id est, sa-
pere negabant: nam hæc in convitio sexus ille au-
diebat. Cor non habes. Et. Mulieres. Itaq; pectus illis
pro corde tribuebant. Disco ex Milite. Sc. Cobibete.*

*Eam des quæ sit quaestuosa, quæ alat corpus corpore.
Cuique*

*Cuique sapiat peccatum, nam cor non potest, quod nul-
Pergit Silenus.*

(la habet.

— de eā re gescit morem morigerā mihi,
*Ut me, quem ego amarem graviter, sineret cum eo
vivere.*

Non deterior vet cod. lectio. amarem gnaviter.

Cap. II.

Enunquam. Specitatum. Aulicocita exta.

*Aucta. Festus emēdatus, & repræhensus. Ju-
vat vobis. Decet vobis. Apperire. Ludea. Lau-
dea Mēdigrumi dii. Multigrumi fluctus.
Gruma, Grumus. Luce.*

Eādem Scenā.

*LE. Stulte ecastor fecit: sed tu' unquam cum qui-
quam viro
Consevisti?*

In vet. cod. erat. *sed tu en unquam cum q. v.* Scibo
conjunctim. *sed tu enunquam cum q. v.* Glossē Hen-
rici Stephani. Enunquam, ètore iù wōle.

— SI. per Dionysia

Mater pompam me spectatum duxit.

Dignior Plauto vet. cod. lectio, specitatum duxit: &
est à ḡxāiō μὸς. Tale est Favitum, unde Favitores ei-
dem huic Comico. & Cavitum, Cavitones apud Fe-
stum; item Coquitum, unde Coquitare. & Extā au-
licocita (ita transpositis literis lego apud eundē pro
Aulicocita) quæ in ollis coquebantur. Et Aucta
pro Aucta. Erratq; dum Aucta exponit sapè aucta.
LE. Assimilare amare oportet, nam si ames ex-
tempulo

Nelius

Melius illi multò, quē ames, cōsulas, quārei tua.
Etsi proba hæc, nolui tamē dissimulare codicis mei
lectionem. *Assimilate amare o.*

GY. *Quando ita tibi lubet, vale atque salue.*

Scioli librarii cum non caperent phræeos elegan-
tiam turpiter nobis hunc locū contaminarunt. Re-
scribo, ut in vet. cod. erat. *Quando ita tibi juvat. Hec*
vera lectio, & locutio est antiqua. Sic *Decet vobis*
dixit Terentius Adelphis Act. i. 11. Sc. v.

Hac primum ut siant, Deos quās, ut vobis decet.
Item Act. v. Sc. viii.

MI. *Haud aliter censeo.* DE. *imò herclē ita nobis*
decet.

Quo loco Ælius Donatūs. *Antiqui si addebant sta-*
tim verbum, Nos decet facere, Nos decet dicere; si non
addebant, Nobis decet, dicebant. Simile exemplum
habes apud Charisium lib. v. & ipsum hunc Sarsi-
natem multa. Sc. Idem mihi.

Is amore misérè hanc deperit mulierculam (ta' st.
Que hinc modo flens abiit, cōtra amore hac perdi-
Non rejicienda vet. cod. lectio. contrā amore cū hac
appert. Nec aliud. Apperire est, quām *Deperire*; si-
cut *Adamare, Deamare.* Sc. *Utrunque hac.*

Isque hic compressit virginem adolescentulus,
Vinolentus in tenebris, multā nocte in viâ.

Magis placet lectio vet. cod.

Vinolentus, raptam multā nocte in viâ.

Nam curvēlimus Plautum τετραλογίην? quasivē-
rō non semper tenebræ existant nocte.

si qua queat.

Reperi, que sustulerit: ei rei nunc suam

Operam usque servus dat si possit.

Meres

Meretricem illam invenire.

Numeros vulgatæ huic lectioni non constare vidit,
& indicavit olim Janus Doufa F. Mularum nostra-
rum delitium, & tentavit restituere.

Operam usque servus dat, si possit uspiam.

Qui ejus conatus ut valdè laudandus, nihil tamē
huic loco facit, quem ex vet. cod. sic restitui oportet
re censeo.

Reperi, que sustulerit: ei rei suam.

Nunc operam servos usque dat, si possit.

Meretricem i.

Einit sermonem Auxilium his verbis.

Augete auxilia vestris justis legibus,

Perdate perduelles, parite laudem, & lauream,

Ut vobis victi Pœni pœnas suffrant.

vet. cod.

Augete auxilia vostris vietiis legionibus.

Deinde in Langii mss. est, parite laudem & ludeam.

Quod rectum est pro *Laudem*, quomodo *Clando,*

Cludo, Defrando, Defrudo, Plaudo, Pluto. Nam lau-
rus antiquè *Laudea* dicebatur. Isidorus lib. xvii.
cap. vii. *Laurus à verbo laudis dicta.* Hac enim cum
laudibus viatorum capita coronabantur. Apud antiq.
quos autem *Laudea* nominabatur, postea D litera
sublatâ, & subrogata R dicta est *Laurus*: ut in anti-
culis que initio *Audicula* dicta sunt, & *Medidies*, qui
nunc *Meridies* dicitur. Act. ii. Sc. i.

Modò quod suasit, dissuasit, quod dissuasit, id

ostentat.

Lego, ut est in vet. cod. *quod suasit, dissadet, q.d.i.o.*

--- dii deæque superi, & inferi, & medioxumi.

vt à Proprius voce antiquâ (cujus adverbium *Propre*

adhuc

adhuc in usu) *Proximus. Ocyus, Oxime*: Ita à *Medius* quaque *Medioximus*. Itaque non impugno hanc lectionem: hoc tamen monebo in vet. cod. esle, *in-feri, & medigrumi*. quod ut Plauti putem facile animum inducor. Voluit lepidè, suo more, ludere in fictione vocabuli. Sunt autem *Medigrumi* dii iidec eum mediocribus, sive medioximis. Ad eandem faciem *Multigrumi* fluctus pro magnis, in Lævii Alcestide. Vide Agellū lib. xix. cap. vi. Iam *Medigrumi* dicti à *Gruma*. Nonius Marcellus. *Gruma* sunt loca media, in qua directa quatuor congregantur & convenient *via*. Sed fluctus *Multigrumi*, à *Grumus* quæ vox vel terræ tumulum editiorem, vel terminū agri significat, ut liquet ex Festo. Nonio, Chasiro, Glossario. Accijs Oenomao.

Quemcumque infiteram grumum, aut præcisum jugum.

Ergo *Multigrumi* fluctus, quos Virgilius & Ovidius aquarum montes appellavunt.

Tu me delenis, propter te hac peccato.

Vt unque interpretetur alli, ego amplector vet. cod. lectionem itam. *Tu Melanis propter h. p. Alloquitur enim Alcesimarchus ipsam Melanidem.*

Postea autem cù primò luci eras nisi ambo occidero. Corrigo ex vet. cod. primo *luon*. Dixi ad Amphitruonem.

Cap. 111.

Ips. Quips. Ipsipsum. Ipsipti. Ipsipte. Properè ocyus. Ergo igitur. Plantī locus illustratus, & a Lambini mala interpretatione vindicatur.

tus,

tus. Tragōdias. Monumenta. Crepundia puerorum. Pueril. Inire, pro Ire. Excisare.

Sc. Audire vocem.

PH. *Extimuit tum illa? LA. jam horret corpus, cor salit.*

In vet. cod. erat. *Extimuit tum illam?* quod manifestum vitii: conjiciebam tamen inde Plautum scribisse. *Extimuit tum illam?*

LA. *Is ipsi st. ME. echo tu, quam vos igitur filiam.*
Nunc queritatis alteram?

Lego, *Ebodus* quam. Porro in mss. Langii erat. *Ipsipsum est*, quod purum putum Plautinum, pro *Ipsipsum*. Veteres enim *Ips. Quips*, pro *Is. Quis*, dicebant. Recte quoq; in Glossario legitur, *Ipsipst. A vro*. Nec velim mutare virum magnum. Sic *Adgressus*, *Adgrettus*, talia. In Festo quoque non aliter debet legi, quam, *Ipsipste, ipsi neque alii*. Non *Ipsipi*. Tale erat *Mibiptre*. Sub finem hujusmodi scenæ.

Quid nunc supina sic jam celum conspicis?
mss. Langii, *s. sus jam c. c.* Corrigo, *susum celum conspicis. A ἔχαιρος, pro sursum. Sc. Rem elocuta.*

Dic me orare ut aliquis intus prodeat, propera ocyter.

Recte mss. Langii. *prodeat properè ocyus*. Græcisimus est. Aristoph. Schol. Vespis. ἐθοῖ τοῖς θονταῖς πα-εγκλήσιοι λέξειν ισοδυναμόσιοις χρῆσθ. Tale est, νόλε-περ αἰὲ, & similia. *Quoque etiam. Nunc jam apud ipsum hunc Sarsinatem, alibi aliquoties. Ergo igitur, apud Apuleium in Milesia. Act. 111. Sc. 1.*

ME. *Hau voluisti istuc severum facere?* AL. *nihil mecum tibi.*

Magis placet vet. cod. lectio. *istuc s̄avum facere.* Et profectō magis s̄avita ista quam severitas appellanda est. Act. iv. Sc. i.

— sed quid hoc est, quod cistella h̄ic jacet

*Cum crepundius? n̄c quenquam cons̄picor alium
in viā?*

*Faciundum est puerile officium, conquiniscam ad
cistulam.*

Locus integer, quem tamen fādā interpretatione contaminat Lambinus, à quā, ut grandi aliquo & enormi mendo, non immitiō vindicandus. Ille autem *puerile officium* explicat alui dejectionem, quod quam rectū sit viderit serius Lector, mihi verò aliter videtur, & existimem innuere Lampadiscum, velle s̄e crepundia quatere, & sonitum edere, ut solent pueri: quibus & in eum usum ex collo suspendebantur, quod etiamnū hodiē apud nos fieri videamus: Nam erant nihil aliud quam κρόταλα, unde & *Crepundia* appellāta, tanquam à crepitu. Gr̄eci propriè τλαταγών nominabant, ut ex Polluce docui Critici Arnobiani lib. 11. cap. viii. Latini etiā *Monumenta*. Terentius Ennuchus Act. iv. Sc. vi.

Abi tu, cistellam Pythia domo effer cum monumentis.

ubivetus ejus Interpres *Monumenta* sunt, que Gr̄eci dicunt γνωσίματα καὶ πάρεγγα. Et in Glossario inventio. Γνωσίματα τὰ ἐπὶ τάφων, *Crepundia, Monumenta*. Qui locus intricatus, nam videtur significare crepundia esse γνωσίματα τὰ ἐπὶ τάφων: quod tamē falsum. Itaq; sic intelligi debet, ut Γνωσίματa simpliciter sint *Crepundia*: at δὲ τάφων, *Monumenta*. atque hoc rectū & verum. Terentius tamen simili-

pliciter *Monumenta* vocavit. Erant verò Γνωσίματa quidem crepundia, sed non reciprocē crepundia omnia γνωσίματa. Nam γνωσίματa apponebant infantibus expositis, ut inde aliquando noscentur. De illis capiendus Heliod. aīdiot. lib. 11. Ζυνέξεντο δὲ ἀντῷ λίθῳ νέρμῳ, ὃν ἀρτίως ἐπεδίκυνον, καὶ πανία τις ἐπὸ σπειρῆ νήματος ἐξυφασμένη, γράμματη ἐγχωρίοις καὶ διηγήματι τῶν καὶ τὰ παῖδες κατάστητο. τῆς μητρὸς, οἴμαι, σύμβολα τῶν τὰ καὶ γνωσίματα τεμνόντων. Parthenius Erot. 1. Περιελόμενῳ ὁ τὴν ζώνην δίδωσι τῇ κόρῃ, κελεύων ιβίσαντι τῷ παῖδι φυλάττειν, δέος ἔχη γνώσιμα ὅπτες ἀφίκοιτο τῷ πατέρᾳ εἰς αὐτὸν τοῦτον. Item Erot. 111. Τέτον ἡ μήτη ἐπειδὲ εἰς ιβίσιαν ἀλλεν ἀποπέμπεται εἰς Ιδάκην, συμβόλια πνεύμων εἰς δέλτῳ καπεσφεγγισμένα. Et in vita Thesei apud Plutarchum. Συνελθὼν δὲ καὶ γνώς ἐκεῖνῳ (Αἰγαῖος) ὅτι πιτίθεως δυνατεῖ συγγένοντα, καὶ κύνην αὐτῷ ὑπονοήσας, ἀπέλιπε ξίφος καὶ πέδιλα, κρύψας ἐπὸ πέτρα μεγάλα, ἐντὸς ἔχνων κοιλότητα συμμέτρως ἐμπειλαμβάνουσαν τὰ κειμενα, φράσας δὲ τῷ παῖδι μόνῳ τὸν κύνην, καὶ διακελυσάμενῳ ἀντὶ τοῦ οὐκέτι τὸν τὴν πέτραν ἀνατίθειν, δυνατὸς ἡλικίαν, δυνατὸς ἡν τὸν πέτραν ἀνατίθειν καὶ ψελεῖν τὰ κειμενά, τῷ μέμπτῳ τῷ παῖδεν εἰς δότο. Huc facit, quod apud Iustinum etiam lib. xv. Apollo Laodicæ in somno à se compressę annulum dat, jubetque filio, si peperisset, dare, atque de generis origine perdocere. Et hēc de gnōrismatis per occasionem dicta, non ingrata erunt, spero, Lectori. Redeo ad Plauti eundem locum, qui nondū de manu amitti debet. In mss. Langii erat.

Faciam puerilofficium.

*Corrigo, pueril officium. Dixit Pueril antiquè pro
Puerile. Sic Simil, pro Simile, suprà. Sc. Nisi quid.*

Nisi quid mihi opis

*Di dant disperii: neque unde auxilium expetam
habeo.*

Restituo hos versus in numeros suos, & auctiores quidem, ex vet. cod.

*Nisi quid mihi opis dii dant disperii, neque
Unde auxilium mihi, aut praesidium expetam,
habeo.*

Deinde. Sed pergam, ut cœpi tamen, queritabo. Corrigo ex vet. cod. Sed pergam, ut cœpi queritabo ego hic tamen.

Neque prorsum iit hâc, hic sterit.

Membranae Langii: prorsum init. Optimè. Inire usurpavit pro simplici fratre. Sic Ingredi, pro Gradi. Sequitur.

*Ecquem vidisti querere hic, amabo, in hâc regione
Cistellam cum crepundiis quam ego, hic amisi
misera?*

Audacter nimis Lambinus Auferre pro Quarere substituerat, & acutè Dousa vulgatam lectionem asseruit illustravitque: monendum nihilominus duxi in meo codice haberri, Ecquem vidisti tollere. quod nauci haberi non omnino debet.

*Nam dudum, ut accurrimus ad Alcesimarchum,
ne vitam suam*

*Interimeret, tum mihi puto præ timore hic excidisse
Cistellam.*

Mutilus totus hic locus egregie, & turbati numeri. Ita habebat vetus codex.

nam

nam dudum,

*Ut ad Alcesimarchum istuc omnes accurrimus,
Capillo scisso atque excisatis auribus
Tumultuantem, ne se vita interimeret,
Timore puto excidisse cistellam mihi.*

Et optimè. Integrum versum, ecce, inseruimus, & hemistichium sequens, atque id rectè factum pro nobis Nonius abundè præstabit, quem in Excisatum vide. Sed legendum est Excisatis auribus: nam dicebant Excisare frequentativâ formâ, à supino Excisum ducto verbo, ut solent reliqua ejusdem formæ.

AD

E P I D I C V M .

Cap. I.

Capræ febre laborantes. *Caprugnum*, *Caprignum*. *Bignus*. Vulgata Plauti lectio propugnata. Reddebitur. *Scurtarii*. *Punicarna coagimenta*, *Casnar*. *Carnal*. Varronis lectio defensia. *Degere*, pro Detrahere.

In Argumento.

*filio**Dat herili argentum, eo sororem destinat.*

Vet.cod. *eo sororem praefinat*. Nec dubitem præferre, quum toties eam vocem usurpet Plautus; nam quod defendendo huic loco à Nonio homine omnium ineptissimo subsidiū queritur, id plane ficalnū.

Sed inventā gnatā servolum emittit manu.

Scribo ut est in vet.cod. metri caulsā. *Sed gnatā inventā*. A&t. i. Sc. i. sub initium.

Corpulentior videre atque habitiō.

Antea erat, *atque agiliō*. Sed ita ex Roveriano codice rescripsit vir magnus, quod quam recte ab ipso factum, à me nunc alii iudicabunt. fallitur enim, pace ejus dictum sperare, vehementer. Vult Epidicus dicere Thesprionē quo corpulentior existeret, ed esse agiliorem; & illō referenda subsequētia ejus verba.

*Dū immortales te infelicit (vet. cod. infelicitent) ut tu es (vet. cod. is) gradibus grandibus:**Nam ut apud portum te confexi, curriculo occēpi sequi,*

Nobilissimo Viro

NICOLAO CRAGIO

Sereniss. Daniæ Regis Consiliario,
& in Angliam Exlegato.

IOANNES MEVRSIUS S. D.

CVM nuper hīc essem Vir Nob. mei q̄ uidendi perquam cupidus, ut ex amico utriusque nostrum Paullo Merula intellexi, vehementer dolui Fortunam eiusce diei colloquium mihi tuum inuidisse. Eisdem tamen gratias ago, quod viam mihi strauerat ad amicitiam tuam, quam ego Crastī diuitiis potorem habeo. Anno autem (Et quū non doctorum?) atque colo te plurimiū: ita insignis eruditio tua meretur, quam editis de Rep. Lacedemoniorum libris preclarè declarasti. Amoris mei observantiaeque testimonium hic signare vīsum. Tu hac pauca ad Epidicum discute, Et ministrā tuā cerulā nota.

Vix adipiscendi potestas modo fuit.

Præterea in citatis istis versibus rō Tē quod Nobilissimus Dousa ex cōjecturā inserit, vetus codex meus signatè præferebat. Postea, cum Thesprioni Epidicus oggesisset scire se eum hominem esse militarem, responderet Thesprio.

— andacter quamvis dicio.

Cui lectioni nescio quomodo veteris codicis præferenda videtur. *andacter quidvis dicio.* Pergit interrogare Epidicus.

Quid agis, perpetuon' valuisti? TH. varie.

EP. qui varie valent,

Caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus.

Quæ posteriora, si quid judico, planissimè admultata: itaque expectanda subsidia à melioribus libris, meus nihil heic me juvat. Pantherinum genus propter maculas corporis, captinum propter febrim, quâ notum ex Plinio nunquam eas carere, quod Archelaus accidere dicebat, quia essent omnincarpiæ, ut ait vetus quidam Scribtor apud Varrorem. Porrò in Langii scadis erat *Caprae non hominum.* unde suspicio est scribtum fuisse à Plauto, *Capruconom, dēxaiūōs pro Caprugenum,* quod veteres pro *Caprignum* efferebant, ut *Optimum, Optimus, & talia.* ita *Aprugnum, pro Aprignum lam Caprigum pro Caprigenum.* *Aprignum, Aprigenum.* Ad eam formam *Privignus, quasi Privigenus. Benignus, Bignus, quasi Benigenus, Bigenus.*

EP. *T e volo.*

Percontari, operam m:bi da, opera reddibitur tibi. Lego, reddebitur tibi. Nam Reddebo veteres dixisse ostendi

ostendi suprà ad Casinam.

Id modo vidēdū est, ut materies suppetat scutariis. Langii membranæ, scutariis. quod rectum est. Sabinī dicebant *Scustum, Cesna, Durmosus, Casmena.* Pro quibus Romanī S in R mutato, *Scustum,* deinde R eliso *Scutum; Cerna, Cena, Durmosus, Dumosus; Carmena, Camena.* Hinc Punicaria coagmenta apud Catonem cap. xviii. pro *Punicana* (malè autem olim damnavi ista veteris codicis lectionem) *Silicernium,* pro *Silicenium,* apud Festum. *Carnal,* pro *Casnal,* sive *Casnari* (nam utroque modo efferebāt, ut *Preliaris, Prælialis, Latiaris, Latialis, Parilia, Palilia.*) apud Varronem Sexagesimo, laudante Nonio. *More majorum ultrō carnales arripiunt, de ponte in Tiberim deturbant:* itaque malè murat ea in Conjectaneis vir magnus. *Casnari* verò & *Carnar,* pro *Canar, à Canis,* ut à *Momus, Momar.* Itaque puto etiam scribendum primis Bacchidibus.

Ubi mihi pro equo lectus detur, scortum pro scurto accubet.

Non *scuto,* ut hodiè legitur: tum enim elegantior multò alliteratio est, quam manifestò captavit Coimicus.

TH. *Supersede istis rebus jam.* EP. *tu ipse, ubi latbet finem face.*

Possit & ex Nonio legi.

TH. *Supersede istis rebus.* EP. *item tu ipse, &c.* Sed tamen prius magis arrideret.

EP. *Quid? istanc qua emit, quanti eā emit?* TH. *vili.*

EP. *haut istuc te rogo.*

TH. *Redde igitur.* EP. *quot minis emit?* TH. *tot quadraginta minis.*

Inepta sancè hæc Thesprionis responsio, quid enim petat reddi sibi ab Epidico, cui nihil dederat? Melius longè vetus codex meus. *Quid igitur?* Nam cū rogaret Epidicus quanti emillet, responderet Thesprio, *vili:* regevit Epidicus, non isthoc se interrogare, tum Thesprio. *Quid igitur?* inquit. *I.rogas.* Nihil potest hæc lectione esse verius. Mavelim porro, si conjectur ulla locus rescribere. TH. *totis quadraginta minis.* Et ita alibi loquitur. *Totis quadraginta est* quod nōstro idiomate efferremus, *Volle veertich.*

EP. *Detegetur corium de tergo meo.* —

Optime vet. cod. *Degetur corium,* Nam *Degere* heic valet *Detrahere.* quod & ante me ex Nonio observavit vir eruditissimus, Dionysius Lambinus.

Tu quidem antehac aliis solebas dare cōsilia mutua.

Quid? quid? aliquid reperiundum est. —

Prætulerim lectionem vet. cod. aliqua reperiundum est. Tibi, inquit, qui aliis cōsulere solebas, nunc aliqua consilia reperiundum est. Phrasis elegantissima, & ab Agellio jam olim adserita.

Cap. 11.

Calida mine. Nonii ineptia explosa.

Varro correctus forte.

Sc. *Rem tibi.*

— ST. *perdidisti omnem operam.* EP. *nam quid perdidisti?*

Mavelim, ut est in vet. cod. *nam quid perdidisti?* Postea conqueritur Epidicus malā se iniisse à Stratippocle hero gratiam ob ancillę emptionem, quam tamen fre-

frequenti literatum missiculatione præceperat. Ait itaque.

Herclē misera' est, ingratum esse hominem, id quod facias bene.

Ego quod bene feci, male feci, quia amor mutavit locum.

Sed nisi corrupta ista verba valde equidem judicii fallor. Correxerim, si etuditi homines album mihi calculum adjecerint, *ingratum esse omne id quod facias bene.* Ait deinde Charribulus.

Quid istic verba facimus? huic homini opus est quadraginta minus.

Celeriter calidis, Danista quas resolvat, &c. cit.

Melius vet. cod. *Danista quas resolvat.* De Stratippocle loquitur. Velim præterea, *quadraginta minus.*

Celeriter aliquis, quæ phrasí ipse hic Comicus noster, Cato, Apuleius, & alii usi. Aut *Calida mina* erunt, quæ calidè, id est, celeriter exhibitæ. Similis notio ejus vocis apud Varronem *ταχὺ κεργύνη.* Cum

dixisset Vitulus, ecce calidis pedibus quidam navicularius semiustulatus irruptus in curiam. Atque ita quidem interpretatur Nonius, sed ineptit solens. Nā *caldos pedes* dixit Vattro istius navicularii, quia semiustulatus erat, nisi tamen legendum ibi, *ecce clavis pedibus quidam.* quod ustulatio ista efficere potuit. Et hoc rectius videtur.

EP. *Dic modo, unde auferre me vis, à quo trapezita peto?*

ST. *Unde liber.* —

Etsi videam quomodo defendi hæc possint, melius nihilominus arbitrabar, si legamus unā duntaxat literulā immutata, & personis leviter transpositis.

EP.

EP. *Dic modo, unde auferre me vis? à quo trapezi-*
tā? ST. pete

Unde lubet. —

Postea iterum Epidicus.

*Facile tu istuc sine periculo, & curā, corde libero
 Fabulare: novi ego nostros, mihi dolet quām ego
 vapulo.*

Aliter longè vet.cod.

Fabulare fovi, tergo nostro sed dolet q.e.v.

Et rectē, nisi quod *Novi* preferendum r̄q *Iovi*.

Cap. III.

Mos vetus militaris. *Ex acuminibus auspiciare.* Nonii inconstantia. *Exsugebo.* Veteres, pro senibus.

ACt. II. Sc. II. in ipso exordio sic Epidicus hilariè loquitur.

ST. *Tacete. habete animum bonum liquido exeo foras
 Auspicio; avi sinistrā: acutum cultrum habeo,
 senis qui exenterem*

Marsupium. —

Vet.cod.habet. *seni qui*, aliquanto, ut arbitror, melius. Quod verò in illis verbis, postquā liquido auspicio avique sinistrā exire se foras dixit, etiā acutū habere cultrum addit, non temetē dictum esse censeri debet. Sumpta autem metaphorā à superstitione militum, qui non satis habentes aves obseruasse, insuper an gladii hastēve probē forent acutæ sollicitè explorabant ante pugnæ initium, inde etiam aliquid ominis captantes: atque hoc *Ex acuminibus auspicare* dicebant. Arnobius lib. II. *Aut Martium discri-*

discrimen obeentes spem pralii sumitis, & EX ACVMINIBVS AVSPICATIS Cicero quoque II. de Nat. Deorum. Itaque maxime Reip. partes, in his bella, quibus Reip. salus continetur, nullis auspiciis administrantur, nulla perenità servantur, nulla EX ACVMINIBVS, nulli viri vocantur. Atque hoc auspicii genus primus M. Marcellus neglexit. Testatur idē Cicero lib. II. de Divinatione. Bellicam rem administrari majores nostri nisi auspicato noluerunt: quam multi anni sunt cum bella a proprietoribus & proconsulibus administrantur, qui auspicia non habent? Itaque nec amnes transeunt auspicatio, nec tripudio auspicantur. nam EX ACVMINIBVS quidem, quod totum auspicium militare est, jam M. Marcellus ille quinques Consul totum omisit, idē Imperator, iācē augur optimus. Sed resumēda illa Epidici verba:

— *acutum cultrum habeo, seni qui exenterem Marsupium, sed ecum ipsum ante ades conspicor Apociden,*

*Qualis volo, vetulos duos. jam ego me convortam
 in hirudinem*

Atque eorum exugebo sanguinem.

Quæ quam bellè cohærent attentus & serius Lectōr facilè perspiciet. Nam ecce *duos vetulos*; ait, se velle exfugere, & tamen unum tantum Apociden videre se dicit. Aliiquid heic mihi à vetere libro subsidii, in quo erat.

— *Sed ecum ipsum ante ades conspicor Apocida Qualis volo vetulos duos.* —

Et ea vera lectio, nisi quod præreret scribendum, *sed ecum ipsius, &c.* Vide verò inconstantiam Marcelli, qui alio loco *exugebo*, alio *erorbebo* citat. Sed Exu-

Exugebo Plauto propter ἀγχαιομόδιον dignius: sic Redebō ad eandem faciem extulit, ut suprā monui. Iam Veteros pro senibus frequens est apud Latinos scriptores, sed Veteres non item, ideoque annotandum id nunc duxi. Lapis vetus.

ARCOBRICENSES IUVENES ET VETERES
STATUAM IN FORO POSUERE.

Item alter.

ARUNCITANI VETERES ET IUVENES
OPT. CIVI.

Tertius.

TV

RIASON. VETERES ET IUN
STATUAM IN FORO MI
NERVAE OPT. CIVI P.

Hæc δὲ παρέδω. Revettam me ad Plauti.

AP. Continuo ut fiat maritus. PE. laudo consilium
tuum.

Nihil video, nisi Ap̄cēcidæ hæc verba mutilata: ex-
pectandi itaque meliores codices, è quibus medici-
nam faciamus.

Cap. IV.

Medicina, pro adib⁹ medicorum. Sutri-
na. Pistrina. Barbatoria. Barbatores. Meder-
gia. Calcenti dentes.

Epidicus sedulò laborans quo pacto argentum
Labene auferre posset, & marsupium ejus ex-
enterare, simulans totā urbe se eum quæsivisse, hæc
verba profatur.

— Di immortales utinam conveniam domi

Perse

Periphanem, per omnem urbem quem sum defe-
sus querere,

(foro,

Per medicinas, per tonstrinas, in gymnasio, atque in

Per myropolia, & lanicas, circumque argetarias,

Rogitando sum raucus factus, penè in curſu cōcidi.

Lepida profecto locorum enarratio, & opera jaeta-
tio servi studio conveniens. Observandum in eâ
Medicinam pro adib⁹ medicorum ponit. Sic Am-
phitruone Act. iv. Sc. 1. tonstrinas autem, quas me-
morat etiam Barbatoria appellatas, invenio. Glossæ.
Barbatoria, παρηγονεγεῖα. Item. παρηγονερπεῖον, Bar-
batorium. Ergo Barbatores tonsores sunt, quos nos
voce inde detorta Barbiers nominamus. Pergit
Epidicus.

Eos captabant. id adeò quam maximè animum
ad vorterim.

Corrigo ex vet. cod. id adeò scio, qui maximè a. a.

CH. Si herc'le habeam, pollicear tubens: verū ali-
quid alio modo,

Alicunde, ab aliqui, aliqua tibi spes est fore.

Vet. cod. habet. Alicunde, ab aliquibus, quod verū
& rectum esse præstabat locus iste geminus plane
statim subsequens.

ST. Quippe tu mihi aliquid, aliquo modo, alicunde
ab aliquibus blatis

Quod nusquam est?

Qui locus vicissim ex præcedenti debet restituī in
hunc modum.

Quippe tu mihi aliquid, aliquā, aliquo modo, &c.
Ut etiam erat in meo codice toties laudato. Sc. Fe-
ciisti jam.

(neo.
ST. Euge, euge. EP. ea jā domi est pro illa. ST. te-
Inver-

In vet. cod. erat ea jam puella domi est: quod putem rectius aliquantò.

EP. Eam per meditatum meis dolis astutissimam onus tam
Mittam.

Vet. cod. præmeditatum meis d. quomodo & Dousa
conjecerat. Sc. Non oris.

— quasi quid filius

Mens deliquisset me erga, —
Quis haec mendo obnoxia fūspicetur? & tamē sunt.
Evincit clarè codex meus, in quo erat, *deliquisset mederga*. Rectè omnino. Veteres enim *Mederga* dicebant, quomodo *Mecum*, & talia: cum enim præpositiones postponerent, conjunctim efferebant. Ita que jam scribendum Afinariae Act. i. Sc. i.

Si quid mederga tu hodie falsum dixeris.

Sequitur sub scena finem.

— itaque me albis dentibus

Mens derideret filius meritissimo.

In vet. cod. erat, *itaque me alcatis dentibus*. Constituo plenum octonarium, & corrigo.

Os sublitum effet, itaque memet calcatis d.

Sic dixit Captivis, Sc. Adverte animum.

Cum calceatis dentibus veniam tamen.

Sc. Care preterbitas.

Proin tu alium queras, cui centones farcias.

Scribo, *cui centones farcias.*

Quas tu mibi tenebras trudis?

Vet. cod. *tenebras cudas?* quod non omnino reicuum. Viderint alii:

MI. hem iftic homo

Articulatim te concidit, senex, tuus (est.

Servus. PE. quid, concidit? MI. nihil sic suspicio

Nam

Nam pro fidicinā illac hac supposita est tibi.

Senex, tibi os est sublitum planè & probe.

Ego illam requiram jam, ubi ubi est. bellator, vale.

PE. Euge. Euge; Epidice frugis, pugnavisti, homo es. Primum corrigo de conjecturā.

PE. Quid? concidit? MI. mihi sic suspicio est.

Deinde personas distinguo hoc modo.

PE. Ego illam requirā jam, ubi ubi est. bellator, vale.

Euge, enge Epidice, &c.

Quæ distinctionē etiam veteris libri assensu confirmatur. Quin adeò illa certa, ut cōtra si quis sentiat, ut ait in re absimili Sedigitus, nihil sentiat.

Cap. v.

Digitorum singuli certis diis consecrati. veterum ridicula superstition ex digitorum unguiumque palpitatione omen captantiū.

A Ctos quarti Sc. i. à querelā isthac exorditur Philippa.

Si quid est homini misericarum, quod miserescat, miser ex animo est.

Id ego experior.

Laudo conatum magnorum viorum, & in rū est expunctione illum, in distinctione verò hunc: quæ tamen misera corridente sequi non audeo: Sed putem melius in vetere codice lō miser omitti, ideoque rescriberim.

Si quid est homini misericarum, quod miserescat, ex animo

Id ego experior. — credo ego

Illi hospitio usus evenit.

Ita Lambinus correxit, pro eo quod in aliis codicibus viderat, *usus invenit*. Meus co^{le}x habebat, *usus inerit*, unde facilè rescribere est, *usus fuerit*. Po^{te}t Periphanes salutata Philippa manum sibi porrigit cupit.

PE. *Cedo manum. MV. accipe. erumnosam & miseriaram compotem.*

Mulierem tenes. PE. quid est quod vultus te turbat tuus?

Et hæc proba haçtenus putata sunt, nec tamen proba. Signatè in vet. cod. erat, *quid quod digitus titubat tuus?* Convenienter planè, nam manum ejus tenebat Capiendus verò hic locus ex veterum superstitione, qui si digitus vel unguis salutifer, aliquid inde sibi eventurum ominabantur boni vel mali. Sed libet de omni eâ re Plauti causâ ubertim dicere. Primum sciendum singulos digitos Diis certis suis se consecratos: Pollex Veneri erat facer, index Martij, infamis Saturno, annularis Soli, auricularis Mercurio. Sed brevitas studiò ipsa Melampodis Hierogrammatei verba eti^m prolixiora, quia non cuivis exemplaris istius copia, de promam ex libro cui titulum fecit. Ne*pi* ταλμῶν μαντικὴ, πρὸς Πτολεμαῖον βαστάτια. Sic itaque inquit. Δάκτυλος μικρὸς τῆς δεξιᾶς χειρὸς ἀλλόμενος, τιστεως μείζον ἀξιωθήσεις μηλοῖ. ἐπειδὴ ἔργον δὲ τὸ δάκτυλον. ὡς ἀλλοις σείσων μηλοῖ, δύλωφις διαβολὴν. παρθένῳ νόσον. χήρα ὀφέλειαν. Δάκτυλος τέταρτος ἀλλόμενος, ζημίαν μεθ' ὑβρεως μηλοῖ, ἄρεως γένειον δάκτυλος. ἐν ἀλλοις δὲ βλάβειν μηλοῖ ἐλευθέρων ἐκποτίν. παρθένῳ κέρδος. χήρᾳ ὀφέλειαν. Δάκτυλος ὁ μέτας, ὁ καὶ ἀντίχειρι καλύμενος, ἀλλόμενος, δύπλισται τολλῶν ἀγαθῶν μηλοῖ; ἐπτάκινοι, καὶ δὴ γυναικὶ χαρίσται. δὲ τὸ δύλωφις δάκτυλον. ἀλλοις ἀπαλλάξαι μηλοῖ. δύλωφ ἀγαθὸν. παρθένῳ ἀγαθὸν. χήρᾳ ὀφέλειαν. Οὐνχες τῆς δεξιᾶς χειρὸς εἰνὶ ἀλλανται, κέρδος μηλῶν ἀπεστόκητον. δύλωφ ἐκφεοίαν. παρθένῳ μυντέαν, ὄντες δὲ μικρῷ δικτύλῳ τῆς δεξιᾶς χειρὸς εἰνὶ ἀλληπαι μυρμηκιδ, κακοπάθειαν μηλοῖ. δύλωφ τέκνον. παρθένῳ ἀγαθόν. χήρᾳ κάπων. δὲ δευτέρεις εἰνὶ ἀλληπαι, ἔξεσταις μηλοῖ. δύλωφ δεσπότες δαναοῖς. παρθένῳ φόρον. χήρᾳ καλὸν. δὲ τρίτον, καὶ τέταρτον λύπας μηλῶν. δύλωφ δὲ ἀγαθὸν. δὲ μεγάλος, ἀνέησον μηλοῖ βίον. Δάκτυλος μικρὸς ἐνανίμια χειρὸς ἀλλόμενος, τολλὰ ἀγαθὸς μηλοῖ πᾶσαν. δὲ δύτερος ἀπέτεγκληματικὸς μηλοῖ λύπην, καὶ ἀπόλογον δύπλιον μεγάλων περσώπων. δύλωφ ἐν τοῖς δύο τετυγραίσιαν. δέ μεσος λύπην μηλοῖ διὰ πτερύγια ἴδιον. καὶ ἀνέησον βίον, καὶ τέκνων, καὶ χηρησάτων σημαῖν. διέγειται τῆς ἐνανίμια χειρὸς, ταλαιάν ἀπόλειαν σημαῖνεις κομισεῖσθαι. οὐνχες ἐνανίμια χειρὸς ἀλλόμενος, ὀφέλειαν μηλῶν μετά δυσκολίας πινδός. Haçtenus. Vide Lector ridiculam hanc veterum superstitionem. Ad Comicum verò jam nostrum redeo, in quo *Digitus κατ' ἔξοντι de pollice intelligi* debet, non minus quam *Manus de dexterā*: atque ita convenient ea Melampodis. Δάκτυλος ὁ μέγας, ὁ καὶ ἀντίχειρι καλύμενος, ἀλλόμενος, ἐπίκηπτην πολλῶν ἀγαθῶν μηλοῖ. καὶ ἐπ-

χήρᾳ ἐνφερόντων. Δάκτυλος ὁ τρίτος τῆς δεξιᾶς χειρὸς, πτοι ὁ μέσος, βασκενίας μηλοῖ καὶ λοιδορίας, κρότου γένειον δάκτυλος. ἐν ἀλλοις δέξαν γενέδαι μηλοῖ. δύλωφ ὑποταγῆν. παρθένῳ νόσον. χήρᾳ ὀφέλειαν. Δάκτυλος τέταρτος ἀλλόμενος, ζημίαν μεθ' ὑβρεως μηλοῖ, ἄρεως γένειον δάκτυλος. ἐν ἀλλοις δὲ βλάβειν μηλοῖ ἐλευθέρων ἐκποτίν. παρθένῳ κέρδος. χήρᾳ ὀφέλειαν. Δάκτυλος ὁ μέτας, ὁ καὶ ἀντίχειρι καλύμενος, ἀλλόμενος, δύπλισται τολλῶν μηλοῖ; ἐπτάκινοι, καὶ δὴ γυναικὶ χαρίσται. δὲ τὸ δύλωφις δάκτυλον. ἀλλοις ἀπαλλάξαι μηλοῖ. δύλωφ ἀγαθὸν. παρθένῳ ἀγαθὸν. χήρᾳ ὀφέλειαν. Οὐνχες τῆς δεξιᾶς χειρὸς εἰνὶ ἀλλανται, κέρδος μηλῶν ἀπεστόκητον. δύλωφ ἐκφεοίαν. παρθένῳ μυντέαν, ὄντες δὲ μικρῷ δικτύλῳ τῆς δεξιᾶς χειρὸς εἰνὶ ἀλληπαι μυρμηκιδ, κακοπάθειαν μηλοῖ. δύλωφ τέκνον. παρθένῳ ἀγαθόν. χήρᾳ κάπων. δὲ δευτέρεις εἰνὶ ἀλληπαι, ἔξεσταις μηλοῖ. δύλωφ δεσπότες δαναοῖς. παρθένῳ φόρον. χήρᾳ καλὸν. δὲ τρίτον, καὶ τέταρτον λύπας μηλῶν. δύλωφ δὲ ἀγαθὸν. δὲ μεγάλος, ἀνέησον μηλοῖ βίον. Δάκτυλος μικρὸς ἐνανίμια χειρὸς ἀλλόμενος, τολλὰ ἀγαθὸς μηλοῖ πᾶσαν. δὲ δύτερος ἀπέτεγκληματικὸς μηλοῖ λύπην, καὶ ἀπόλογον δύπλιον μεγάλων περσώπων. δύλωφ ἐν τοῖς δύο τετυγραίσιαν. δέ μεσος λύπην μηλοῖ διὰ πτερύγια ἴδιον. καὶ ἀνέησον βίον, καὶ τέκνων, καὶ χηρησάτων σημαῖν. διέγειται τῆς ἐνανίμια χειρὸς, ταλαιάν ἀπόλειαν σημαῖνεις κομισεῖσθαι. οὐνχες ἐνανίμια χειρὸς ἀλλόμενος, ὀφέλειαν μηλῶν μετά δυσκολίας πινδός. Ηστένεις. Vide Lector ridiculam hanc veterum superstitionem. Ad Comicum verò jam nostrum redeo, in quo *Digitus κατ' ἔξοντι de pollice intelligi* debet, non minus quam *Manus de dexterā*: atque ita convenient ea Melampodis. Δάκτυλος ὁ μέγας, ὁ καὶ ἀντίχειρι καλύμενος, ἀλλόμενος, ἐπίκηπτην πολλῶν μηλοῖ. καὶ ἐπ-

ēmī tēxvois, kai δῆ μυραική χαρίσσεται. Nam erat Philippa sollicita de filia, & in hostium esse manu existimabat, quam Periphanes domi suā esse saluam & sanam mox significatus est. Illud tam latum nuntium præsigebat ei pollex, & palpitatione suā prænuntiabat. Hæc est vera Plauti lectio, & lectio-nis interpretatio. Nec aliunde explicari potest alter locus Capteineis. Sc. *Quanto in pectore.*

ER. *Hem manum.* HE. *Cedo manum.* ER. *dite omnes adjuvant.* HE. *nihil sentio.*

Ergasilus parasitus nūtiaturus Hegioni salvum advenisse sibi filium Philopoleum, quem quadrum servus Stalagnus turripuerat, arripiit manum ejus, deos adjuvare dicit: ad quod responderet Hegio nihil sentire se, id est, nullam digitū palpitationem, quæ nuntium isthoc præsagio suo tali confirmaret.

Cap. v i.

Alias res. Phrasis Plautina adserita. A' ex aio-
μὸς adnotatus. Ravastellus.

Est porro eadē Scenā.

nam postquam audivi illico
Ex meo servo illam esse captam, continuò argen-
tum dedi

Ut emeretur: ille eam rem adeò sobrie & frugaliter
Accuravit, ut alias ad res ille est imp̄se improbus.
Primum lego ex vet. cod. ut emeret. Deinde, ut alias
res ille est i. i. ejectā voce à Lambino inculcata, quā
non tam temerè viri docti in textū recipere debue-
rant. *Alias res* concisè dixit, sicut Martialis.
Visceribus bonus est, cetera vile sapit.

Et alii

Et alii innumeri Scribtores. Sc. *Quid ex pater.*

Quid ego lenocinū facio? qui habeā alienos domi?
Putem distingendum.

Quid? ergo lenocinium facio?

Arbitrarii nihilominus juris esto. Porro tentat vir doctus, *alienus*, legere. A' ex aio-μὸς est Sarsinate hoc dignissimus. Sic *silius* pro *filiabus* posuit Sticho.

*Ego introibo, & gratulabor vestrum adventum
filiis.*

Item Arnobius noster lib. iv. in Minervarum illā jucundissima contentione. *Tibi tu alienam dignita-
tem adsumis, atque de vertice procreatam mentiris te-
fosis, & rationem te esse mortalibus ineptissimis sua-
des? ex capite conceptos suis procreat?* Quam lectio-
nem male olim sollicitavi.

*Ego relictis rebus Epidicū operam quarendo dabo.
Si invenio, exitiabilem ego illi faciam hunc, ut fiat,
diem.*

Rectius multò vet. cod. hunc ut sciat diem. Act. v.

Sc. i.

*Sed quis est hec muliercula, & illic gravastellus qui
venit?*

Festus alibi *Gravastellus*, alibi *Ravastellus* citat, sa-
ris incōstanter; utrumque præterea corruptè. Scrib-
ferat Plautus. & illic *ravastellus*. Nam dicebant *Ra-
vus*, *Ravaster*, quemadmodum *Calvus*, *Calvester*.
Inde *vitoxoeusus* *Ravastellus*. Ita etiam ab *Alter*,
Altellus, *Macer*, *Macellus*, *Vafær*, *Vafellus*, & talia.

H 3 Cap.

Cap. V I I.

Vitilitas àrti t̄s Vſus. Iūſti. Arme.e. Munera die natali missiculata. Attigo. Tulo, Suppli- cium, pro Supplicatione. Papa. Papare. Papa- ver unde dictum.

Eadem Scenā. Stratippocles admiratūs Epidici nimiam tarditatē, in hæc verba erūpit.

Dī immortales! ocio eſſe admiror. pedibus pulmo- neis (mibi).

*Qui perhibetur, prius veniſſet, quām tu adveniſtī
Quam lectionē ut vitiī obnoxiam ſuſpicer, in cau-
ſa eſt vetus meus codex, in quo ita legitur.*

Dī immortaliſ! ſoccos iuſſi adimere pedibus: pulmo (en:m)

(Quod perhibent) prius veniſſet. (tant.)
vnde inducor ut ſcribam, ſoccos jūſſi adimere pedi-
bus, pro Iuſſi, καὶ ἡ σύνοτην. Sēlūtali. An ſine ſoc-
cis iuſſi ut tardē tibi fuerit eundum, ne pedes lade-
res? appositē verò ſoccos ei tribuit, qui proprii Co-
micediæ.

EP. *Satin' ego oculis uilitatem obtineo, an parum?*
Eleganter: Utilitas heic non aliud quam Vſus, ut
apud Atrobium reſtitui quoque Critici lib. i. cap.
ix, quibus adde locum geminum hunc Plauti, &
Auctoris ad Herennium lib. iv. *Si idoneus eſſe potest,*
ad eas utilitates eſt aptus, quae deſiderantur ab ēquo.

EP. *Non meminiſti me aureā ad te afferre natali die?*
In vet. cod. pro auream erat inermem. Alius tamē co-
dex excufus anno cl. Io. xiiii. etiam auream re-
ferebat. Corrigo levicula mutatione, armeam ad te
afferre. Nam Armea erat armi ornamentum, di-
nutivè

nutivè *Armillā.* Obſervandum verò hoc loco ve-
teres die natali munera ab amicis clientibusque ac-
cepisse. Symmachus lib. i. epift. v. *Cum jam filia ve-
ſtra dies natalis appeteret, commodum aderant que
muneri miseratis. Et lib. vi. epift. XLIX. *Natalitio
munere, quod frequentari a vobis communis felicitas
faciet, noſtrum hilariſtis animum, vestrū probāſtis.**

Iuvenalis Sat. ix.

En cui tu viridem umbellam, cui succina mittas

Grandia, natalis quoties redit.

Petronius. *Vestimenta mea accubitaria* (ut emendat
Lipſius) perdiſit, qua mibi natali meo donaverat clię
quidam. Et huic pertinet Censorini caput primum
De die natali. Sc. Satin' ille homo.

*Duodecim deis plusquam in celo eſt deorum im-
mortalium,* (tant.)

*Mibi nunc auxilio adjutores ſunt, & mecum mili-
Planè heic mihi ſpīſla tenebra, nec quičquam vi-
deo ſenſus commodi, In vet. cod. erat.*

Duodecim deis plusquam placeo: deorū immortalium
Mibi nunc, &c.

Aliquantò melius, nec tamen adhuc me expedio.

EP. *Ne attigas. PE. ostende vero. EP. nolo.*

PE. *non equum facis.*

Vet. cod. auctior. *Ne me attingas. Reſtē, sed attigas*
non eſt mutandum, nam veteres *Attigo pro Attigo* pro
efferebant. Diomedes lib. i. *Attingo attingis om-
ni eruditōrū conſenſu dicimus. Verū reperimus apud*
*nonnullos authores, quibus eloquentia & elegantiā tri-
buta eſt opinio, ſine n literā dictum, quaſi Attigo, At-
tigis: ut Pacuvius in Medo. Et cuſtodiſte hunc vos, ne
quiſ eum abſtulat, neve attigat. In quo Pacuvii verſu*

etiam alias ἀεχαιομένης, nempe *Abstulat*, pro *Auferrat*: quia veteres *Tulo* pro *Fero* dicebant. Attigere præterea *Turpilius* *Leucadiā* dixit.

*Nemē attigas, atque aufer manum, eia quām fero-
cula es?*

Vide Nonium. Quin ipse Plautus non semel.

EP. *Nunquam herc'le hodie, nisi supplicium, mibi
das, me solvi sinam.*

Longè dissentio à doctissimo Lambino, qui *Suppli-
cium* nobis pœnam interpretatur. Sed posuit *Sup-
plicium* pro supplicatione: ride verò Epidici etiam in calamitate suā superbiam, qui ut solui vellet, etiā orari se cupiebat. Sic paullò post iterum dicit.

Nunquam herc'le hodie, nisi me orassis, solues.

Porrò eadem notione dixit Salustius. *In suppliciis
deorum magnifici. Accius Epigonis.*

*Nunc pergamus, supplicius placans cælitum aras
explcam.*

Afranius Fratriis,

— *nullam profectò accessi ad aram, quin deos
Supplicius, sumptu vatis, donis, precibus, plorans,
obsecrans.*

Nequicquam defatigarem. —

Dixit autē Plautus *Supplicium dare*, quomodò *Da-
re bona verba*. Respondet Epidico Periphanes.

*Optimum atque equissimum oras soccos, tunicam,
pallium*

Tibi dabo. —

Auget vet. cod. *Quom optimum atque equissimum
oras soccos, &c.* Quod tolerari potest; nisi quis inave-
lit. *Quam optimum atque equissimum oras, soccos, &c.*
Lectori optio est eligendi quod velit.

Novo

*Novo liberto opus est quod pappet. PE. dabitur,
præbebo cibum.*

Scribendum est, *paper*. Transtulit autem à potu ad cibum, nam propriè est fugere; *Papa* enim, & iπο-*κωιστικῶς* *Papille* antiquis dicebatur capitula marinaria, teste Festo. Igitur à *Papa* est *Papare*, ut à *Ruma*, *Rumare*. utitur etiam Pertius Sat. 111.

Et similis regum pueris papare minutum

Poscis, & iratus mamma lallare recusas.

Quod autem Varro apud Nonium papas dicit à pueris appellari cibos, nihil id sententiae nostræ aduersatur, nam lac tam cibum quam potum illis præstabat initio, & ut paullatim solidioribus cibis assuefierent, crutula & talia panisicia infriabantur, & sic porrigebantur, ut etiam hodiè sit. Hoc lac, ut & nammam, anxiè flagitantes *Pa Pa* syl-labas geminatas efferebant sono naturaliter omnibus infantibus insito, atque inde factum est, ut ab isto eorum clamore *Papa* vocaretur & mammæ caput, & lac illud, quod & nos hodiè literâ una minus *Pap* indigitamus. Hinc est quod *Comicus* *Papare* etiam pro edere usurpaverit. Hinc etiam *Papaver*, quia papæ indebatur adversus insomniam.

H 5

Viro

AD

B A C C H I D E S.

Cap. i.

*Lepidu's. Intus argentum. Efferri. Turbat.
ταδηνος. Decedimus. In mentem est, Fur-
tum facere etati.*

S. Quid si hoc. Tandem Bacchidis blandicieſis
& suadis dictis pellectus Pistorius, spondet ei
operam & animum suum.

*Tuus sum, tibi dedo operam. BA. lepidus es. nūc
ego te facere hoc volo.*

Vet. cod. *lepidus. nunc, &c.* Scriberat Plautus. *lepi-
du's* Nec aliter. Librarii sciolli temerè mutarunt.

*Ego tibi argenum jubo jam intus efferrī foras.
Lego ex Charisio lib. ii. efferri foras. Quod ἀχαι-
αδρ, ideoque Plauto dignius. Porro notanda phralis,
Argentum intus, pro eo quod intus est. Sic Patera
intus Amphitruone.*

*Tu Thessala intus pateram proferto foras.
Et intus cocus Menachinis.*

*Evocare intus mihi cocum Cylindrum altutū foras.
Est autem Grēcismus.*

— BA. aliquantum, soror. (soror.
Simul hic nescio qui turbat. qui hinc it, decedamus,
Vet. cod. *nescio quid turb' est, quin hinc decedamus,*
Recte omisso τῷ soror. quod ex fine versus antece-
datis malè erat repetitum. Sed malo, nescio qui tur-
bat. ut sit Α' εχεισμὸς, Veteres enim Turbo, Muto,
Augeo, & talia ταδηνος usurpabant. Præterea le-
go cuius

Viro Clarissimo

M A R C O V E L S E R O
E X C O N S V L I & Septem-
viro Augustano.

I O A N N E S M E V R S I V S S. D.

Que humanitas tua est, V. CL. amoreque in Musas, non il-
libenter videbis hec mea ad Bacchides Plauti, Plauti in-
quam, quem tantoperè olim in delitiis ipse Musa habuerunt.
An aliquid effecerim, judicabū, equidem spero: sin autem, sal-
tem bone voluntatis conscientia me consolabor. Solet enim in
rebus omnibus, simius effectus sequitur, conatus placere, lau-
darique Induxit hanc legem naturae humanae imbecillitas: nam
labinus plerisque cum nimis volumus, & maxime conten-
dimus ut sumus.

Q. 11

II

go cum vet.cod. *quin hinc decedimus*, sed syllabā penultima productā, ut sit à *Decedim*, quomodo olim efferebatur, sicut *Edim*, & alia ad eam faciem. Sc. *gamdudum*.

Quo nunc capeſſis tete hinc adverſā viā?

Lego cum vet.cod. *capeſſis tu te hinc a.v.*

LY. *Quid tibi commercii est cum dis damnoſiſſimiſ?*

PI. *Mali ſunt homines qui bonis dicunt male;*
Tu dis nec recte dicas, non equum facis.

Concinnius meo quidem animo. *Tu dis nerecte.* Vide quæ ſupra notavi, ad Alinar. cap. i. Iudicent docti; teinerarius eſſe nolim.

PI. *Fiam, ut ego opinor. Hercules, tu autem Linus.*
Lego, ut erat in vet.cod.

Eia nunc eſſe egod opinor Hercules, tu a.L.

ut sit octonarius. Eſt verò Græciſimus. Paullò ante dicit Pistoclerus.

Iam exceſſu mibi atas ex magiſterio tuo.

Sed malim cū vet.cod. *ex magiſtratu tuo.* Sequitur.

Pol metuo magis, ne Phœnix tuis factis fuam,
Teque ad patrem eſſe mortuum renuntiem.

Putarim recte legi poſſe. *tuis fatis.*

Compendium edepol hand etati optabile.

Fecisti, cum iſtanc naſtu's impudentiam.

Occiſus hic homo eſt. ecquid in mente eſt tibi.

Patrem tibi eſſe: —

Lego tertio verſu. *Occiſus hic homo eſt.* Atque hoc ex conjectura: altero membro ex vet. cod. *ecquid in mente eſt tibi.* Nihil rectius: atque ja olim de phraſeos huius integritate diſputatum ab Agellio lib. i. cap. vii.

PI. *Et actenius tibi Lyde libertas data eſt*

Ora-

Orationis. ſatis eſt, ſequere me hāc, ac tace.

LY. *Edepol feciſti furium in atate malum,*
Quim iſtac flagitia me celavisti, ac patrem.

Secundo verlu ex authoritate veteris codicis lego ſequere me, ac tace. extritā voculā, quæ numeros nimis turbat. Tertio verò in vet.cod. erat. *f. furū atati malum.* Quod rectius censeo. *Furtum atati facere dictum eſt, quomodo Fraudem facere.*

Cap. II.

*Im. Formus. Formaſſler. Vxores à maritis Iu-
nones diſtae. Primumdum. Remulco ſequi. Sta-
tuere, pro Sifte.*

Hæc obſervata mihi in primum Actum, tranſeo ad ſecundū; modò temerè non eſt in Actus diſtribuere fabulam principiū tam mutilam. Quod cum ita ſe habeat, quis mihi audebit ſpondere eos nos Actus hodiè tenere, quos olim diſlignārat Plau-tus? Sequare tamen, quando aliter non licet, vulgatas editiones.

Herilis patria ſalve, quam ego biennio,

Postquam bins in Ephesūm abii, conſpicio libens.

Augeo carminis grātia ex vet.cod. *nunc conſpicio li-bens.* Sc. *Nſirum eſt.*

— ecquid nā meminit Mnesilochi? PI. *rogas?*

Immò unicē unum plurimi pendit. CH. papa!

Putem veram iſthanc conjecturam meani. *qm uni-cē.* Nam *Im* pro *Eum* veteres dicebant, quod nouum eſt.

Sed Bacchis etiam fortis tibi viſa eſt? PI. rogas?

Ni naſtu Venerem eſſe, hanc Iunonem dicerem.

Cor-

Corrigo, etiam *formis* tibi v. e? Ita Milite, Sc. *Quid mihi.*

PA. Convenit. PY. ecquid fortis visâ est? —

Iterum *formis* legendum centeo. Quam autem locorum horum depravatio non sit $\chi\delta\epsilon\varsigma \hat{\gamma} \pi\varsigma\alpha\nu$ nata ex eo facilè apparet, quod Servius doctissimus Grammaticus, & Nonius hinc *Fortis* pro *formoso* accipi voluerint ostendere: sed quām ambo falsi sint, nemo posthac dubitat. Ia *Formis* veteres illios dixisse certum est vel ex compositis, *Cōformis*, *Deformis*, *Eformis*, *Informis*. Dicebant etiam *Formis* eadem notione, non pro calido tantum, ut *Inermis*, *Inermis*, & infinita talia hinc *Formaster*, ut *Surdus*, *Surdaster*, aliaque ad eam faciem. Titinius.

Aut hic letaster, aut formaster frigidus.

In sequenti verò verlu transponenda sunt dearum nomina.

Ni nactus Iunonem effem hanc Venerem dicerem. Vult enim dicere tantā eam formā esse, ut nisi vereatur itam uxoris suę, quæ se formosissimam arbitrabatur, ipsissimam hanc esse Venerem diceret. Alludit ad contentionem dearum de formā. Notum illud Poëtē.

— manet altâ mente repōstrum

Iudicium Paridis, s̄p̄t̄aque injuria forme.

Iunonem verò appellat uxorem suam, ut solebant mariti omnes. Sic ille senex Catinā, Sc. *Omnibus rebus.*

Eia mea Iuno, non decet te esse tam tristē tuo Jovi. Sc. *Ibo in Piraeum.*

CH. *Vulcanus, Sol, Luna, & Dies dei quatuor,* *Scelestiorēm nullum hoc illuxere alterum.*

NI.

NI. *Quemne? Archidemidem?* CH. *quam, in-*
quam, Archidemidem.

NI. *Quid fecit.* CH. *quid non fecit?* *quin tu id ex*
me rogas?

Scribo ex vet. cod. *nullum illuxere, extrito hoc, quod* superfluere non invitus arbitror. Terrio verlu personas ita constituo.

NI. *Quemne? Archidemidem?* CH. *quem in-*
quam. NI. *Archidemidem?*

Quid fecit? CH. *quid non, &c.*

Fallor plane, aut recte emendavi. Ne tamen auxiliū malignè dislimulem, etiam, *quem inquam?* legitur in veteri exemplari meo.

Primum dum inficias ire cœpit filio.

Semel & hoc monebo, ubique scribendū *Primum-*
dum, ut suprà *Primodum*. Talia erant ista. *Nondum*,
Neendum, *Necundum*, *Ehodum*.

Ubi porta exiimus, homines remigio sequi.

Neque aves, neque venti citius.

Vett. codd. *homines remulco sequi.* *Quod si rectum,* poterit Festus hic oculos habuisse nonnemini vide-
ri, cum scriberet. *Remulco, est quum scapha remis*
navis magna trahitur. Ergo sensus erit hujus loci.
Sequebantur nos scaphā, navim magnam, cui ea
alligata, trahentes: cōquæ est major $\pi\pi\pi\pi\pi\pi$ in istis
quæ addit. *Neque aves, neque venti citius.*

— *quoniam sentio*

Quæ res gereretur, navem extemplo statuimus.

Insolenter heic *Statuere* dixit pro *Sistere*. Apparet itaque quem Auctorem sequatur Atnobius noster lib. i. *Famuli ejus hoc modo statuerunt, errantes a-*
*qua*s, & a pernicie corporum suos labi jussere per tra-
mites.

mites. Similemque Cypriani locum produxi Critici lib. I. cap. XII.

Cap. III.

Megabyzus. *Consimil. Mendicum vivere. Medecum.*

Eadem Scenâ.

NI. *Quis istic Theotimus est?* CH. *Megalobulus filius.*

Qui nunc in Epheso est Ephesis carissimus.
Lego, Megalobuzi, vel, quod idem valet, Megabyzii, quomodo etat in vet. cod. Suidas. Μεγαβύζος, ὄνομα κύριον. Quintilianus lib. V. cap. XI. An vero statuarum artifices pictoresque clarissimi, cum corpora quam speciosissima fingendo pingendove efficere cuperent, nunquam in hunc inciderut errorem, ut Bagoam aut Megabyzum aliquem in exemplum operis sumerent sibi? Quod autem maximè hanc emendationem stabilit, invenio eidem illud muneris fuisse, quod filio Theotiino: clarè ecce tibi Plinius lib. XXXV. cap. X. Pinxit & Megabyzus sacerdotis Diana Ephesia pompam. Et mox cap. XI. Ephesi verò & Megabyzus sacerdotis Ephesia Diana sepulcrum. Diogenes Laertius lib. XI. in Xenophonte. Γενέμενος δὲ τὸ φέσω. καὶ χρησίον ἔχων, τὸ μὲν ἡμίου Μεγαβύζος δίδωσι, τῷ τῆς Αρτέμιδος ιεροῦ, φυλάττειν. ἔως δὲ ἐπανέλθῃ. εἰ δὲ μη, ἀγαλματωπούμενον, ἀναθέται τῇ θεῷ. Helychius, δι τῆς ἀρτέμιδος ιεροῦ, καὶ οἱ σερπηγοὶ & περοῦ βασιλέως Μεγαβύζοι. Strabo lib. XIV. ubi de Diana Ephesiae templo agit, commemorat generali nomine ita omnes ejus Dei sacerdotes appellatos, eunucho-

chosque fuisse, & custodiæ socias virgines habuisse. Τρέπεται δὲ ἐννέακυρχον, ὃς ἐνάλλον Μεγαλοβύζος, καὶ ἀλλαχθέντες μετόντας αὐτοῖς αἴξιος τῆς τοιαύτης πεσσαστας. καὶ ἦρον ἐν πυρὶ μεγάλην. συνιεργάδων δὲ τύτοις ἐχρήσθεντο. Sed hoc quid est, quod Plautus dicat Theotimum filium Megabyzi, si Eunuchus ille Megabyzus? Explico. Megabyzus filius idē valet ac si dixisset Megabyzus (nam appellativum illud nomen fuit) quomodo iatrus aetatis, pro eo quod est, iatrus. Meminere præterea Megabyzus Cicero in Oratore, & Plutarchus in vita Alexandri. Haec scribseram cum monuit me Eitzo Tiarda, juvenis mei & doctriṇę elegantioris amantissimus, Turnebum jam olim hunc Plauti locū emendasse. Sc. *Multimodis.*

Nimio prestat impendiosum te quā ingratū dicier.

Illum laudabunt boni, hoc etiam culpabunt mali.
Putem rectius esse, honc etiam. Nisi velimus dicere eodem omnino modo extulisse, quo Amphitruone, Cul est, pro Qualis est. Neutrū similiter vicem masculini: Captivis item, Fac fidele sis, pro fidelis.
Sc. Nunc experiar.

Propter me hac nūc meo sodali dici discrucior miser,
Innocens suspicionem sustinet causā meā.
Mutilus, ut ex metri dimensione apparet, postremus versus, quem ex veteri codice ita rescribo:

Ille innocens, &c.

Hanc consimili ingenio atque ille est, qui in lupas nari accubat.

Non dubitem rescriberere, *consimil ingenio*. Malè adhæserat fini prima literula dictiōnis sequentis, nā veterēsi *Consimil* pro *Consimilis* efferebant, ut nota vi ad Amphitruonem, cap. V. Vide, si operæ est.

*Quin ego cum peribat vidi, non ex auditu arguo.
Lego ex vet. cod. ex auditio. Sc. Amiciorem.*

Mendicum velim mendicando vincere.

Sambuci clarissimi, & meus vetus codex, vivere,
Optime. Ita Amphitruone.

Virtute dixit vos victores vivere.

Ibi vici vici vixit, ut heic Mendicum vivere.
Sc. Rebus aliis.

*Mnesilochum ut requiram, atque ut eum mecum
ad te ducam simul.*

Camerarii editio, ut eum medicum. Vnde certa conjectura colligo scribisse Comicum nostrum, ut eum medecum, ἀρχαιῶς. Nam Medecum pro Mecuna veteres pronuntiabant. Hoc tam verum, quam

Pythia qua tripode ex Phæbi lauruque profatur.

Cap. I v.

T. pro S. olim scriptum. Perge hanc! Nere etc.

Miles extra ordinem correcta. *Dentifrangibula manus. Hac pro Ha. Mis. Hellenismi notati.*

Acra. Turpilius restitutus.

Act. iv. Sc. ii.

Quid istuc? quia istac est pulsatio?

Nemo non videt multilium esse versum, quem ex veteri codice ita suppleo.

Quid istuc est? quanam istac est pulsatio?

Iam τὸ Pultatio quoque dignius Plauto, quā Pulsatio: quia T. pro S. scribebant. Tale est quod apud Festum legimus. Mertat pro mersat dicebant. Item. Adgrettus, apud Ennium. Adgrettus fari, pro eo quod est adgressus ponitur. Sic Milite. Sc. Cobibete.

Cedo

*Cedo tres mihi homines aurichalco contrà cum istis
moribus.*

Vaticanus alter, contrà hentim istis. unde & Lipsius, contra emsim. Magis ἀρχαιῶς, & Plautinius, contrà emim.

*Nā tibi hercē haud longē est os ab infortunio,
q̄ta dentifrangibula hac meis manibus gestiunt.*

Necessariō locus corruptus. Corrigo. dentifrangibula hac mis manus. Gestiunt, inquit, mihi manus dentifrangibulæ, ut Amphitruone. gestiunt pugni mibi. Iam vēd Hac pro Ha. est ἀρχαιός, ut alibi ad hūc ipsum Comicum ex Terentio annotavi. Mis quoque pro Mei ἀρχαιός est, & ἐλλωνίδη. Sic infrā Trinummo. Sc. Salsipotenti.

*Quos penes mei potestas boni misque foret, & mea
vite.*

quem locum temerè sollicitant viri docti, nam boni mis est ἐναλλαγὴ numeri, valetq., τῶν ἐμῶν κτημάτων. Similis Hellenismus Menachmis. Sc. ultimā.

— quid? vostrūm patri

Filiū quot eratis?

Id est, τῷ πετρὶ νύμῳ. Itaque errat Colvius, qui mutat, reponitq; vos tum patri, et si satis ingeniosè. Sed est boni Critici, acumen ingenii acrimoniam judicii temperate. Sc. Petulans.

*Incredibilis, impossque animi, inamabilis, illepidus
vivo,*

Malevolente ingenio natus. —

Omnino recta & vera Plautilectio, quæ in vet. cod.

Malevolente Genio natus. Nam veteres Genium natalitii diei præsidem existimabant. Vide quæ fulse Spicilegi Theocritici cap. iv. sitanti est.

— postremò id mibi est, quod nolo

Ego esse alius. —

Rectius vet. cod. *quod volo, pro, quod potius volo.*
Consuetum verò est aliis Scribtoribus ita concilie
loqui, ut *Magis, Potius*, subintelligant. Mos au-
tem olim cum mala à se amoliri vellēt, aliis ea, ho-
stibus maximè, imprecari. Plenè de ea redixi in Cō-
mentario Lycophroniano, ad ea verba.

Δεῖπνον δὲ φίμας εἰς τὸ λάχον ἐνδέξεταιν

Tειχίζεται. —

MN. perii. multa mala mihi in pectore

Nunc acria atque acerba eveniunt. —

Vet. cod. *acra atque acerba*. Rectissimè. *Acra*, pro *Acria*, merus ἀρχαιόμος. Nam veteres inflectebant *Acer*, *Acri*, secunda declinatione, ut *Magister*, *Puer*, *Pulcer*. Hinc est quod in Glossario legitur. *Acrum*, Δειπνù, Δεινò. Charisius lib. 1. *Acrum* tam-
men pro *Acrem* (n. Matius Iliad. 15. Vindex lib. 1.
notat. Sc. *Hunc hominem*).

CH. *Vix videtur fieri posse*. MN. *pergè. ac facilè
hac feceris.*

Vet. cod. MN. *perge hāc*. Nihil rectius. Deinde au-
deam dicere legendum, *facilè ecfeceris. ἀρχαιόμος*.
Iam *Perge hāc elegans dictio*, & Plauto dignissima.

*Enax nimis bellus, atque ut esse maximè optabam,
locus.*

Vet. cod. omisā voculā, *atque esse m. o.* Optimè;
nam *Atque idem valer quod Ut.*

*Chrysalus mibi usquequa loquitur nec rectè
pater.*

Quicquid alii sentient, ego corrigo liberè, *loquitur
nerecēte*. Id est, male dicit, convitiatur. Sic suprà hac
capse

capse Comœdiā, & Asinariā scribendum monui.
& in Phasmate. *Nerecēte si ille dixeris*. Turpilius De-
metrio.

Nerecēte dici mibi quod jamdudum audio.

Nec quidquam Festi me authoritas monet, qui in-
dubie libris corruptis usus fuerit.

Cap. v.

*Treuni passus. Artema. Solere. Turpilii De-
metrius; atque ad eam foitè à Plauto respe-
ctum.*

*S. C. Constringe. Quam lepidè ludit Chrysalus Ni-
cobulun senem.*

*CH. Sequere hāc me, faxo jam scies. NI. quò gen-
tium.*

CH. Tres unos passus. NI. vel decem.

Vet. cod. *Treunos passus*. Optimè. *Treuni passus va-
lent, Tres uni, id est, soli*. Librarii scioli quum non
caperent elegantiam vocis tam lepidè fictæ atque
cōpositæ, temerè pro moro suo more correxerunt.

— *agedum tu Artamo,*

Forem hanc pauxillum aperi placide, ne crepa.

Mendum est, ut & in ipso scenè hujusdem initio.

Constringe tute illi, Artamo, actutum manus.

Et vereor ut servo illi lorario *Artema* nomen fue-
rit, itaque utrobique rescribendum. Varro lib. viii.
de Ling. Lat. *Tres cum emerunt Ephesi singulos ser-
vos, nonnunquam alius declinat. nomen ab eo quod
vendidit Artemidorus, atque Artemam appellat.*
alius ab regione, quod ibi emit, ab Ioniâ Ionam: aut
ab urbe Epheso Ephesum: sic alius ab aliâ aliquâ re,

*ut visum est. Sed temerè non mutaverim tamen
Sc. Meanne.*

- CH. *Pacisci cum illo paulùm pecuniâ
Potes. NI. paciscere ergo, obsecro, quod tibi
lubet*

*Dum ne manifesto hominem opprimat, neve
evicet.*

Secundus versus non constat, itaque ut sit ternarius,
quales reliqui, rescribo ex veteri codice.

CH. *Pacisci cum illo paulà pecuniâ potes.*

NI. *Pacis ere ergo, obsecro, quod t. l.*

Omnino ita debet.

*Vt ille cum illâ neque cubat, neque ambulat,
Neque osculatur, neque illud quod dici solet.*

Veram lectionem eruo addita una literâ à primâ
vocis sequentis, ut fieri aliquoties amat, propter si-
militudinem absorptâ. Scribo ergo.

— neque, illud quod dicas, solet.

*Solere veteribus nihil aliud erat quam Συνοιάζει.
Cistellaria. Cum viris prædicant suis nos solere.*

*Satin' est, si plura ex me hodiè audiet mala,
Quam audivit unquam Clinia ex Demetrio?*

Lambinus Plautû hic respicere arbitratut ad aliam
aliquam Comædiam perditam, in qua Demetrius
aliquis inducatur acriter filium Cliniam objur-
gans. Simeo Bosius, acutissimi vir ingenii, ad ali-
quam alias veteris, cui adsentior; & addo, ex Tur-
pili Demetrio, quam Grammatici frequenter ci-
tant, desumpta videri.

Cap. vi.

*Selectus. Exquirit sibi. Plauti negligentia
notata, Turbela. Fugela: Confugela.*

Sc. Atrida.

— *Mnesilochus Sinon est,
Relictus ille non in busto Achilli, sed in lecto ac-
cubat.*

Lego, *Selectus*, id est religione destinatus: portò
Achillem pro Palamede posuit, quales nominum
propriorum confusiones etiam ad Lycophronem
observavimus. Vide historiam Sinonis manibus
Palamedis destinati fraude ulyssis, ut ajebat, apud
Virgilium Aeneid. 2. Observanda autem hic verbi
Relegere secretior notio, de qua dixi Crit. Arnob.
lib. iv. cap. viii 1. edit. ultimæ.

*Dolis ego deprensus sum, ille mendicans panem in-
venitus interiit.*

Dum ibi exquirit fata illorum. —

Rectè ingeniosissimus Gulielmus legendum vidit
fliorum. Porrò ex vet. lib. *Dum sibi exquirit, corri-
go. Sibi exquirit eleganti phrasî dixit: Gato de R. R.*
cap. CLVI II. *Si vis bene tibi deuicere, sume tibi ollam.*
Petronius. *Proximâ ergo nocte, cum miles qui crucis
affervabat, ne quis ad sepulturam corpora derubaretur,
notasset sibi & lumen inter monumenta clarius ful-
gens, &c.* Et alii Auctores non infreuentur.

*Paria itē tria eis tribus sunt fata nostra huic flio.
Putem scribisse Sarinatem nostrum, nostro huic
flio. Certè multò elegantius.*

Nam dudū primo ut dixerā nostro seni mēdaciūm.

Nihil certius; quam legendū esse ex vet. cod. *Priam ut dixeram*. Nicobulo enim Priami personam imposuit, quod ex sequentibus abundè liquet, et si suprà dicat.

*Nostrō seni huic stolido, eī profētō facio nomen ego
Illo.*

Sed scio Plauti œconomiam non hoc solum loco esse tam accuratam, prout decorum tanto poëta.

Tantas turbellas facio, sed crepuit foris.

Corrigo, *turbelas facio*, nec est quod quisquā *πονησίαν* mihi oggerat, nihil audio. Geminus locus Pseudolo, Sc. *Si ex te tacente.*

Quo patto, & quantas soleam turbellas dare.
Etiam ibi *turbelas* scribendum. Vide Festuum. Veteres autem dicebant, *Turba, Turbela*. ut *Suada, Sueda, Adsidia, Adsidela, Fuga, Fugela*; unde est apud Festuum. *Configelam antiqui configugium dicebat*. iam & hoc arguento esse potest Plautum *turbellas* non scribisse, quod veteres consonantes non geminabant,

Nobil.

Nobil. Clariſſ. Viro

THEODOROCANTERO

Ex Consule & Senatore

Vlrajectino.

IOANNES MEVRSIUS S. D.

Narrō tibi V. Clariſſ. nunquam dignior fui, cui Horatiū iſthoc occentaretur.

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.
Vide enim quā me ſpes meā feſſellerit. Cogitatā principio XX. libros in hunc Plautum, nunc hæc paucilla folia vix excupo. Ita nimirum ſep̄e fruſtrā ſumus, & quaſperamus minus eveniunt. Has ad Moſtellariam Notas mitio, ut auferant ab te aut laudem, ſi merebuntur, aut culpam: non itaque vota mea defititiae. Hoc ultr̄ profiter, vix mihi ſatisfacere, niſi ſi tibi: v̄teri etiam in iis que ſatisfaciunt, ne ſim Catulli ſufiexus. Tu judicabis. quid enim Momus quifiam censuerit, nou labore: ſandalium ille culpatbat, cum Venerem iſsam non posset.

MOSTELLARIAM.

Cap. I.

*Carnificium. Simulatrices. Offigere.
Meditabo.*

IANI Gulielmii elegantissimo ingenio Plautus eiusque studiosi plurimum debent: vel hoc ipsum, Mostellariam cum Phasmate eandem esse, quam sagaciter odoratus est? Labi tamen cum nonnunquam, id est, humanitus facere, omnino certum. Ecce primâ Scenâ Actus primi in istis verbis.

O carnificinum cibrum, quod credo fore:

Ita te forabunt patibulatum per vias

Stimulis, si huc reveniat fene.

Mutat, legitque *Stimuli*, pulcrè quidem; immò nec pulcrè, quia non Plautinè: induxit verò in errorem loci depravatio non animadversa. Nam Plautus, *O carnificium cibrum*, scribit iudiciè, ut habet vet. cod. *Carnificium est venustus ἀγχιστός*, pro *Carnificum*. Sic dicebant *Hominium*, *Meretricium*, & *talia*. Ergo sensus est. O carnificum cibrū quod credo fore, ita te forabunt (*s. carnifex*) *Stimulis*, &c.

Nunc rus abibo. nam herilem filium

Video corruptum hic ex adolescenti optimo.

Omnino rectè vetus meus, & Sambuci codex. *nam eccum herilem*. nam hæc ista δεκτηνῶς à Grumione effteruntur. Sc. *Iam pridem.*

Vix cōprimor quin involē illi in oculos stimulatrici.
Lego, simulatrixi. Simile paullò post.

72

EXERC. CRIT. PARS I.

139

*In anginam ego nūc me velim verti, ut venefica illi
Fauces prehendā, atq[ue] enīcē scelēstam stimulatricē.*
Iterum lego, *stimulatrixem*. Nam *Simulatrices* appellabantur sagae ac veneficæ. Statius.

Colchis, & Aeo simulatrix littore Circe.

Vide Scaligeri in Cirim. Veneficas autem mulieres convitio dici nemo ignorat.

*Lepide dictū de atramento atque ebore: euge, plau-
do Scaphæ.*

Nunquam ita scripsit Comicus; quin, si quid judico, hæc vera lectio.

— *eugepe, laudo Scapha.*

Sc. Iupiter supremus.

Sed ea lege, ut affigantur bis pedes, bis brachia.

Dignius Plauto, quod in vet. cod. *ut offigantur*. Nam *Offigere* veteres pro *Affigere* pronuntiabant.

TR. *Philolaches*. PH. *quid est?* TR. *ego, & tu.*

PH. *quid, & ego, & tu?* TR. *perimus.*

Corrigo. TR. & ego, & tu. quod rectum esse subse-
quens Philolachetis interrogatio abundè acuto Le-
ctori fidem faciet.

PH. *Nullus sum.* TR. *taceas. ego, qui istac sedem
meditabor tibi.*

In Sambuci ms. erat. *medicabo*. Veræ lectio, *medita-
bo tibi*. A' ἀχειστός est; amabant enim Plautini ævi
Scribtores inverttere verborū genera. Vide Nonium
De contrariis verborum generibus.

— *TR. abscede ab januâ.*

Euge, obsecro herclē. TH. quō fugiā? etiā tu fugis?
Certissimò vetum, quod in Sambuci & meis veteri-
bus codicibus invenio, *Fuge obsecro*. Et pessimo
jure hactenus vox spuria retenta est. Vel Theeuropi-
dis

dis responsum poterat persuadere, si non precedens iste locus planè geminus.

TH. Quid jā? TR. fuge obsecro, atq; abscede ab edi-
Fuge buc, fuge ad me proprius. — (bus.)

Sed hæc non erant probanda, quum Plautum ita scripsisse magis clarum sit, quam meridie lucere: itaque qui refragetur, eum ego jubeam Diogenem Cynicum imitari, & ἀπτεν τύχης ἐν μεσομβρίᾳ. Sc. Scelestiorem ego annum.

TH. Quo tu te agis? TR. nec quoquam. næ ego sum miser,

Scelestus, natus diis inimicis omnibus.

Iam illo presente adibit, næ ego homo sum miser.

Ita & hinc & illinc exhibent negotium.

Nihil judico, nisi transpositi postremi versus; hoc modo restituo, & interpundo.

— na ego sum miser

Scelestus, natus diis inimicis omnibus.

Ita & hinc & illinc exhibent negotium.

Iam illo presente, &c.

Non est quod quisquam in Crisi mihi quidquā accredit, si non rectè emendavi.

DA. Quin tu istas mittis tricas? TR. nunquam potuisti mibi

Magis oportunus advenire quam advenis.

Plenius in Sambuci ms. & vet. cod. (cedo.)

DA. Quin tu istas mittis tricas? TR. Quin quidvis

DA. Ubi Philolaches est? TR. nūquā potuisti mibi

Magis oportunus, &c.

Et multò melius! cur enīn hæc de Plautino fundo ejiciamus causæ justæ nihil est, quum optimè convenient.

Sed

Sed arraboni has dedit quadraginta minas.

Quod sèpius antea ex vet. cod. heic ex conjecturâ refcribo mnas, Græca inflexione, metris poscetibus.

Cap. II.

Ferriterium. Ferritribax. Ara Apollini

à Comœdis constituta.

Sc. Melius anno.

— SI. tunc tibi

Chorda tenditur: inde in ferriterium,

Postea in crucem rectâ.

Rectè V. N. Ianus Doula ferriterium, suspicatur, itaque signatè in vet. cod. erat. Ferriterium heic vocat, lepidè efficto vocabulo, quem Ferritribacem sive præ Sc. Jupiter supremus

Ubi sunt isti plagipatida ferritribaces viri?

Sic Scelus pro scelesto. Servitium, pro servo; & talia.

TH. Dormiūt? TR. illud quidē, ut connivēt, volūs dicere. (git placet.)

TH. Satin' habes? ut quicq; magis contéplor, tato manus personas ita distinguedas arbitror.

Satin' habes? TH. Ut quicq;, &c.

Indubè hæc Tranionis verba sunt, quibus rogabat an jam satisfactum sibi existimatet, ad quod Theueropides responderet, ut magis singula contemplates, et placere magis. Judicabis Lector.

TH. Apage istū à me perductore, nihil moror dulcier. (Etet quispiam.)

SI. Quid? quid est? TH. errabo potius, quā perdu-

SI. Èdīs dico. TH. ergo intro eo sine perductore.

SI. i, licet.

Ver. cod. TH. ergò intrò eo, sine perductore. SI. i, licet.
Quod rectum, pro omite perductore. Sc. *Fili buceda.*
TH.. *Vera cantas, vana vellem.* PH. *patri amicus*
videlicet.

Volunt viri docti ò es subintelligi : nego, & Plau-
tū scribislè dico. *patri amicus*'s videlicet. Sc. *Qui
homo.* Nequissimus & astutissimus servorum Tra-
nio, cavete sibi ab heri Theutopidis volens insidiis,
aram occupat, pretexens aversurum se Simonis ser-
vos quæstioni habendos, ne cò confugere possent.
Hæc eius verba.

— faciendum edepol censeo.
Ego interim hanc aram occupabo. —

Annotat quidem eruditissimus Lambinus morem
fuisse servorum ut deprecandi causâ ad aram con-
fugeret, & rectissimè illud; hoc verò addidisset vel-
lem, quomodo heic ara in proscenio. Quoniam er-
go neglexit, non ingratum, opinor, lectori erit, si
ego exponam. Sciendum autem Comædos aram
in proscenio constitutæ solitos fuisse in Apollinis
honorē, cui Comædia sacra, ut Libero patri Tragœ-
dia. Sic etiam apud Terentium ecce aram præsen-
tem, Andr. Aet. iv. Sc. iv.

— ex arâ hinc sume verbenas tibi,
Atque eas substerne. —

Quò loco'vetus eius Interpres. *Ex arâ,* scilicet Apol-
linis, quem Δήλιον Menander vocat. aut quod Apol-
lini Comædia dicata est, in cuius honorē aram con-
stituebant Comædiā celebrantes. Hinc nimirum
toties ararum mentio in aliis Plauti fabulis.

PLAUTI MEDIOLANENSIS

Viro Clarissimo

IACOBUS MONAVIO

Patrio Vratislaviensi, & Ducis
Silesiae Consiliario.

IOANNES MEVRSIVS S. D.

Nec tu mihi insalutatus esse debes, V. CL. sagittata ramen
filius esse potest, que onus adferit: talis enim haec mea. Sed
mentior: onus non est, quia tibi non videbitur, cui nihil grave,
quod amici impedit, quod Musis. Amici dico, et in eorum nu-
merum ultrò me nihil tale expellantē adscinisti. Amore tuum
declararunt tam uberes laudes meæ, quas in literis ad D. Vulca-
num tribuis: quan'vis quid mea? tue potius sunt, cum à te pro-
fici sciantur: sed èt mea, quia xovà rà τὸν φίλων. nosfi illud
èπιφεγγα. Evidem velim nimis pro tam admirabilis huma-
nitate ut aliquam reponere gratiam possum, non enim dicam
dignum: quod scontentam, nihil melius faciam, quam si ve-
lim àperio pœlœi. Sed defino. In Plauti hysce juro me, ama-
bo, judicio, suo.

MENAECHMOS.

Cap. I.

Antelogium. Macrobius correctus. Ab se.
Opima spolia Iovi Feretrio figi solita. Amen-
tum. Submentum. Amen. Arnobius correctus.
Omentum. Madecatum.

In ipso Argumento.
Et is germanum, postquam adolevit, queritat.
Circum omnes oras, post Epidaminum devenit;
Hic fuerat autus ille surteptitus.
*Non me latet *to Autus* pro Adoleverat exponi à*
Lambino, leorum tamen libet sentire, & puto ve-
ram hanc conjecturam meam.

Huc fuerat avectu' ille surteptitus.
*Nihil certe a*l' présentem* reīn, de qua Comicus tra-*
*ctat, magis appolutum. Fulcrum præterea, i*l' vis*, en-*
tibi è Prologo.

Epidamniensis quidam ibi mercator fuit.
Is puerum tollit, avehitque Epidamnum.
In eo ipso legitur iste versus.

Huic argumento antelogium quidem hoc fuit.
*Ad cuius *αρχάδειρυα* forte scribendum quoque in*
Macrobi Sat.lib. 1. cap. xxiv. Sed & Eustathius, &
posthunc Symmachus meminerint, crastinā disserba-
tione servari sibi antelogii functionē. Lib. vii. cap. iv.
Hic assensi omnes Prætextato antelogium detulerunt.
Hodiè anteloquii, & anteloquium est in excusis. Te-
merè tamen mutare nolo: nam cur ita non liceat
dicere,

EXERC. CRIT. PARS I. 145
*dicete, cum ipse hic Plautus ad eandem facié *Mul-**
**tiloquiū*, & *Panciloquium* extulerit Mercatore. Per-*
*go in Plauto. Sc. *Ni* mala.*

Mane, mane obsecro herclē, ab se ecca exit.

Fallitur Lambinus, qui *ab se* interpretatur *domo*
sua: nihil enim aliud est, quam *sponte suā*. *Glossae*
Isidori. Ab se, spontaneus. Sic Rudente.

Nam haec literata est, ab se cantat cuia sit.

Item Truculento.

Sed nimirū pol oportuniē ecce ab se egreditur foras.
*Nos quoque idiomate nostro dicimus, *Dan hem**
*selben. Sc. *Anime mi.** (lo.

Sustine hoc, Penicule, exuvias facere, quas uoxi, vo-
Vet. cod. facere quasi Iovi uolo. Rectissimē, nisi quod
*pacere legendum, quod vereres pro *Pangere*, sive*
*Figere usurpabant: aut dicendum *F* pro *P* esse, ut in*
Palanga, Falanga. Palatum, Falatū. Lepidè verò jo-
catur velle se pallam uxori eruptam quasi opima
spolia Iovi figere, alludens ad antiquam consuetu-
dinem, quā Iovi Feretrio opima spolia donabantur,
ut ex Festo Pompeio cognoscimus.

ME. *Jube igitur nobis tribus apud te prandium ac-*
curarier.

Atque aliquid scitamentorū de foro obsonarier.
Ita primus correxit magnus Turnebus, teste Lam-
bino, cum in olim exculsis esset, sit amentorum. Ego
legerim.

Atque aliquid, sis, amentorum de f.o.
Enumerat per partes edulia porcina. Dictum autē
Amentum sive Ammentum (etsi non ignorē aliam
notionem, de quā dixi Critici Arnobiani lib. iv.
cap. xiv) pars in animalibus mento proxima, quasi

Admentum, *D* in *M. ἐργασίας χέιρ* mutato. Simili compositione *Submetum* in *Glossis à Stephano vul-*
gatis, magno bono Reip. literariæ, legi: In iisdem
etiam Armentum est, quod idem valet, nam *Ar* pro
Ad ἀρχαιόν est, itaque peccavi olim cum volui sol-
licitare. Arnobius lib. vii. concisè *Amen extulit*, ut
Tormen, *Momen*, *Fragmen*, talia. Non magmenta,
non augmina, non mille species, vel amen sanguinum,
vel fittilarum, quibus nomina indidisti obscura, vul-
gōque ut essent angustiora fecisti. Vel potius est pla-
ccta. Hesychius. A' μὲν, εἰδὼ τὰ λεπτά τοι. Quod mo-
nuit me Fridericus Tiliobroga, juvenis cruditus.
Sed locus Arnobii & mendolus, & luxatus, quales
plures in eo Scribtore nuper ostendi: puto restitui
posse. non augmina, vel amen sanguineum, vel fritillam, non mille species, quibus nomina, &c. Alii codi-
ces Plautini, ut monet Germaniaꝝ lux ornamētum
insigne, Ioachimus Camerarius, habent omentorū;
quod etiam rectum erit. Idem Arnobius eodem li-
bro. Quae causa, que ratio est, ut caro strebula separa-
tim, hirs sole, omenque solum augmentorum adjicia-
tur in causam? ut correxi ex Romanæ editionis ve-
stigiis. Et *Glossæ* exponunt *Omentum*, ἔμπλοον. Inde
Ifficia omentata. Apitius. *Ifficia omentata*, *pulpam con-*
cisam teres.

Madida que mibi apposita in mensam miluinam
suggerant.

Ruit versus: *Constituo octonarium*, qualis est pre-
cedens, scribōque. *Madicta que, &c.* A' σχασμὸς,
pro Madicta. Nam veteres *Madictum*, *Hume-*
etum, *pro Madidum*, & *Humidum* efferebant.

Cap.

Cap. II.

Præhibere. Dissentare. Τιθων γῆγες.
Tithonus.

Sc. *Nulla est voluptas.*

Orasque Italicas omnes, quæ egreditur mare,
Sumus circumvecti.

Melius vet. cod. *quas aggreditur m. id est, maritimas.*

Sc. *Sine fores.*

Sapè tritam, sapè fixam, sapè excussam malleo,
Quasi supellex pellionis, palus polo proximus est.

Scio quid Lambinus dicat, sed tamen puto rectius.

Quasi supellex Pellionis. Ludit Pollionem suā ætate
Comœdum minorum gentium, quem & Bacchi-
dibus perstringit.

Etiam Epidicū, quam ego fabulā ut meipsum amo,
Nullam aquæ invitus spæcto si eam agit Pello.

Nam de eo ibi intelligendum sagaciter odoratus est
olim Ianus Gulielmus, Scenā *Ut hoc.*

Ut hoc utimur maxumè more moro

Molestoque multum.

In vet. cod. erat, *more morum*. unde conjicio Plau-
tum olim scribisse.

Ut honc utimur maxumè morem morum,

Molestoque m.

Elegans ἀρχαιομὸς, Plautinus purus putus. Sed hoc
p̄nē monere omiseram scena superiori legendum
potius videri.

Manifestū faxo jam opprimes, sequere hāc modo.

No Manifesto. Nam *Manifestum opprimere aliquē*,
sive tenere, s. mendacii, erroris, maleficī, phrasis op-

tima: Græci dicerent, εἰς ἀντροφόν. Ipse Plautus posse à.

*Manifestum ego hominē unquā ullum teneri vidi.
Et alibi multoties. Sed redeo ad Scenam à quā abi-
eram.*

*Sed ego illam non condonavi, sed sic utendam dedi.
Plauto dignius longè: utendum dedi. ut habebat vet.
cod. Invenies quæ huc pertinent, apud Agellium
lib. i. cap. vii. Sc. Ut atas.*

Nec quid id sit, mihi certius facit,

Quid velit, quidve arcessat.

Lego ex vet. cod. arcessit, ut sit δεχαιδηρ. Veteres
enim subjunctivos verborum tertii conjugationis
non per *Am*, sed per *I* efferebant, itaque *I* ubique
in inflectendo servabant.

*Quando te auratam, & vestitam benè habet, ancil-
ias penum,*

*Rellè prabebat, melius sanā est, mulier, mentē sumere.
Corrigo, Rellè prohibet. Veteres enim Prahibere di-
cebant, quod posteriores per concisionem Prabere.
Et ne quis temeritatis me damnet, scito ita esse di-
fert in vet. cod.*

*Dic mihi istuc Menachme, quod vos dissentatis,
ut sciam.*

Valdè heic se torquent eruditissimi juvenes Guliel-
mius, & Colvius; ille *de certatis*, iste *disceptatis* le-
gendum autumat. Pace manium utriusque, neuter
benè. Certo certius est scribisse Comicum nostrū,
quod vos dissentatis. Veteres enim proferebant *Dif-
sentare*, *Dissentire*: quā formā *Affentari*, *Affentiri*, &
alia quamplurima. Inde *Dissentaneum*. Item *Con-
sentare*, *Consentire*: unde *Consentancum*.

MV. *Viden' tu illi oculos virere? ut viridis exoritur
color*

*Ex tēporibus atq; fronte! ut oculi scintillat: vide.
ME. Quid mihi melius est, quām quando illi me in-
sanire prædicant.*

Ego me assimulem insanire. —

Corrigo.

Viden' tu illi oculos lurere? ut luridis e.c.

*Luridis, pro Luridus, antiquè Nam veteribus secū-
dam & tertiam declinationem, ut & conjugationē,
confundere nimisquam solens. Vult autem mulier
dicere eum melancholicum esse & insanum, quod
ex responsione Menachmi non ita obesa naris le-
ctori facilè liquet. Fundus verò emendationi huic
mete geminus locus Capteiveis, Sc. *Quo illum.**

Viden' tu illi maculari corpus totū maculis luridis?

Atra bilis agitat hominem.

Postcà. (tre.

*Barbatum, tremulū, Titanum, Cycno prognatū pa-
Extrà controversiam vera conjectura mēa, tremu-
tum, Tithonum. Nam convitiatur seni Menachmus,
eumque per convitum Tithonum nominat. Simi-
lio Aristophanes.*

A νέφει Τίθωνος απαράτλων, καὶ ταεγτίων, καὶ κυνῶν.

Notum item proverbium, *Tīthōnē γῆρας*, & Satyra
Varronis. *Tithonus, περὶ γῆρας*. Porro pro ipsis *Cycno*
prognatum patre, citat Priscianus lib. vi. qui lucet
Cycno patre. unde transposita literulā elici posset.
qui cluet.

*Iam ascendo in currum, jam lora teneo, jam stimu-
lum in manu est.*

Vet. cod. in manū est. Quoddignius Comico nostro.

Socrus, masculino & fæminino genere à veteribus prolatū. Nævii Pellec asserta. *Commentare. Commentacula Seetius. Mepte.*

SC. Edepol ne hic dies. Menæchmus surreptus à
socero suo relictus ut curædus deferretur ad me-
dicum, sic ait.

*Abiit sacer, abiit medicus, nunc solus sum proh Iu-
piter: (dicant.)*

*Quid illuc est quod me hic homines insanire pre-
Sed mendum est in primore versu, qui omnino du-
bio procul ita ab ipso Plauto fuit scriptus. Abiit so-
crus. ut erat in vet. cod. Nam veteribus Socrus com-
munis erat generis, quod ignoratum loco corrump-
endo ansam exhibuit. Priscianus lib. vi. *Vetus si-*
fimi communiter hic & hac socrus proferebant. Aetius
*in Atreo.**

*Simul & Pisea præmia arrepta à socru possedit
suo.*

Invenies etiam aliud exemplum apud Nonium, ex Nevii Pellice. ita lego, non Pell:co. Sic alii Hetaram, alii Meretricē, alii Prostibulum nominarunt, Sc. *Per ego vobis.*

*Nimis autem bene ora commentavi, atque ex meā
sententiā.*

Non intellexerunt locum hunc viri magni Camerarius Lambinusque. Nam *Commentare* veteribus illis videtur usurpatum pro percutere, ferire; Liquet ex Plautinis his: atque inde virga, quibus sacerdotes iter sibi impedientes verberabant, ut à se amo-

EXERC. CRIT. PARS I. 151
amoverent, *Commentacula* appellatę, ut *Festus* docet: itaque non recte existimo virum magnum *Commentacula* ibi reponere.

*Hac nihilò mihi esse videtur secius quā insomnia.
Legēdum, sectius quam insomnia. Quē locum olim
in Quæstionibus P. [redacted] sic explicavit. Ni-
hilo magis narranda esse quam si ea essent compia-
V. [redacted] B. V. IX.*

*Nam & patrem & matrem commemorant pari-
mentemque fecerint sibi.*

Valdè hic cœtuat vir magnus, & patriam legendum
putat. Et quod si pater noster sic dicatur, non
probatur. Sed etiam deinde, fidei remandam. Ma-
triam enim vocat patrem. Quod si pater noster
patria quinque mento inquit. Et cunctis
perficiatur. Et quidomus illud. Cap. LXXI.

Memorat. —

Nihil huic loco infirmando est.

Gaudeo edepol, si quid propter me tibi evenit boni.

*Namque illa cum te ad sé vocabat, me te esse creditit.
vt temeritatis nonnulli me dñabunt, veram tamē
conjecturam meam arbitror, nepte esse creditit. Sic
cādem hāc fabulā. Sc. Men' hodie.*

— cui certissimum est

Mepte potius fieri servum, quam te unquam emitam manu.

Auget suspicionem, quod video codicem veterem,
me esse credidit, habere.

AD

M I L I T E M.

Cap. i.

*Mars Pugnator. Reliquia. Voluitare. Tede-
cum. Concinni. Maximus malus cruciatus.
Eloque. Morari.*

SC. Curate.

— *bic est, stat propter virum
Fortem, atque fortunatum, formâ regiâ,
Tum bellatorem. Mars haud ausit dicere,
Atque equiperare suas virtutes ad tuas.*
Tercio versu ex vet. cod. lego. *Cum quo Bellator
Mars haud ausit dicere. Mars Bellator idem est
qui Pugnator veteribus. Invenio in libello P. Dia-
coni de notis. D. D. F. H. L. IO. LIB. PRI. DD. MAR.
PV. ET. LIV. P. Dedicatus est hic locus Jovи Liberatori
primum, deinde Marti Pugnatori, & Libero patri.
Est autem idem cum Gradivo, cuius templū in viâ
Appiâ. Huic contrarius Mars Quirinus, qui &
Pansus.*

— AR. pol. si quidem
*Connixus eſes, per corium, per viscera.
Perque os elephanto brachium transmitteres.*

*Αρχαῖος non intellectus mutando loco fuit. Aio
Plautum scribisse transmitteras. Veteres enim præ-
teriorum flexiones à præsentibus formabant. Sic
Atterui, pro Attrivi Propertius, & Tacitus. Occa-
nui, pro Occinui Salustius. Premi, pro Pressi Caro
cap. LXVI. Consisti, pro Constiti Ennius, & alii. Est
K 5 porro*

portò èvalayn modi, ut quoque paullo post.

— ubi tu quingentos simul,

Ni hebes machera foret, uno iētu occideras. Postea.

At peditatus reliquie erant, si viverent.

ubi tamen Plauto dignior ver. cod. lectio. reliquia erant. numero singulari. *Sic Delicia* quoque extulit Poenulo, & Truculentus. Sc. *Nisi hercle.*

— sed quid est Palastrio

Quod voluis astutè tecum in corde. PA. pa-
lis pertace.

Errat elegantissimus Gulielmus, dū putat trochaeum esse, qui octonarius, qualis præcedēs. Restituo itaque pristino nitori.

Quid voluitas tute tedecum in corde? PA. pa-
lis pertace.

Veteres *Volutum* in supino efferebāt, ut *Cavatum*, *Favitū*, & talia: inde *Volutare* pro *Volutare*. Deinde *Tedecum*, ut *Medecum*, pro *Tecum*, *Mecum*. Incredibile quot in Plauto hoc nostro ἀρχαιοῦ*μὲν* injuriā temporum & librariorum exciderint, quos etli sagaci conjectura sēpē eruas, finē ope tamen & consensu veterum codicum restituere velle ridiculum, & temerarium, hominiisque planè ἀρχαις censeatur.

Magnū illīc honorē incipiss magna munis mēnia.
Quantum hic astuāt Camerarius, Lambinus, Gulielmus, Douſa majoris led pace tantorum vitorum, veram ego sane esse lectioñem existimem.

Magnam illīc homo rem incipiss, magna munis
mēnia.

— PA. facile est, trecentæ possunt causa colligi:
Nō domi est, abiit ambulatū, dormit, ornatur, lavat,
Pran-

Prandet, potat, occupata est, opera nō est, nō potest. Et heic elegans ἀρχαιοῦ*μὲν* excidit; nam in vetere codice est, trecentæ possum causæ concinni. Nec debet turbare quenquam quod in spondeum desinat versus, nam tales multos interserit ubiq; Comicus. Veteres autem *Concinnare* pro *Cōcinnare* dicebant. sicut *Lavere, Tonere, Sonere, Boëre*, pro *Lavare, Tonare, Sonare, Boare*. Nisi mavelis *Concini* legere, quod probo. Sc. *Nisi quidem.*

SC. *Metuo. PA. quid metuis. SG. ne herclē ho-*
die, quantum hic familiarium est,

Maximum in malum cruciatumq; insiliamus.

Lego ex vet. cod. *Maximum in malum cruciatum insiliamus*. Id est quod alibi non semel dicit, *maxi-*
mam in malam crucem. Itaque patet copulam istam nauci non esse, & ab aliquo scilo, phrasin Plautinā minimè afféquato, adjectam.

SC. *Dū te perdant. PA. te istuc aqnom quoniam*
occēpisti eloqui.

Interpungo & lego. PA. *te istuc aqnom: quoniam*
occēpisti, eloqui.

Quoniam occēpisti, inquit, perge enarrare. *Eloque* vetō pro *Eloquere, ἀρχαιοῦ* est, qualia plurima apud Nonium de Contrariis verborum generibus invenies. Sc. *Precepta,*

— PH. *ego stulta atque moror multum,*

Quæ cum hoc insano fabulem. —

Vet. cod. *ego stulta moror multum. Rectissimè;* nam *Morari* primā productā efferebant cavillantes pro μωεγίνεσ. Sic Nero, teste Suetonio, Claudiū dicebat desuisse inter vivos morati. Hæc vera hujus loci lectio, quam malè librarii, ut solent quæ non

non intelligent, interpolabant.

— PA. *Unde nisi domo?* SC. *domo.* PA. *te vidente.* SC. *video.*

Nisi mirum est facinus quomodo hæc hinc portuerit transfire.

In vet. cod. SC. *Vides.* *Nisi mirum,* &c. Certo certius est fuisse. *quid est. Nisi,* &c. Ita alibi ait. *Quid est, nisi hæc impudentia est?* Et aliæ eiusmodi phrases apud hunc nostrum, & item Terentium.

Cap. II.

Glycere. Dicere. Clinia. Linia. Spania. Striculus. Histrionicus. Rabo. Conia. Strapo. ulopianus emendatus. Fabulo. Hisce. Terentius quoque correctus.

Eâdem scenâ.

Quis igitur vocare. PH. Glycere nomen est.

In vet. cod. invenio. PH. *Dicere nomen est.* Scribo *Dycere.* atque id ἀξιοῦ est pro *Lycere.* Ita quoque Sc. *Cohibete*, sub finem pro *Glyceram* legitur in vet. cod. *Dic eam;* ut & ibi *Dycerā* scripsisse Plautum manifestum sit. Nam D. & L. inter se commutabant. Ad eundem modum *Dinia* in *Asinariā* est in vet. cod. pro *Linia*, qui *Clinia* in recentioribus editionibus. Ita efferebant autem Romani, ut *Lana* pro χλαῖνα. Item *Frutis*, sine *Fritis* (nam V. & I. inter se cōmutabāt) pro Αὐρητις. *Stura* pro *Aſtrū*. Græci item in nominibus appellativis, νέφος, νέφος. χλιαρός, λιαρός. & talibus. Fecit verò Plautus ex comīmuni poëtarum more, quibus primas literas detrahere nulla prorsus religio. Sic *Lycophron*

I'λεῡs

I'λεῡs dixit pro Οἰλεύ̄s.

καὶ πᾶς ὁδὸνκος ἵλεως δόμος.

Et Hesiodus ήγωρονια.

— ἔνεργα νύμφων

εὐγάμενοι Γαλεὺς μίχητεροι φιλόπτη.

Sic alii Βριάσεως, pro Οἰλαίσεως. Βερμα, pro Οἴβερμα. Εξάδη, pro Λεξάδη. Vide Etymologicum. Nec literæ detracte solum, verum etiam syllabę integrę. Inde *Syria* pro *Aſſyria*. *Spania*, pro *Hispania*, ut discō ex Capellā, & Glōſſario. *Striculus* Arnobio, *Histrionicus* Tertulliano. *Rabo*, pro *Arrabo*, Plautus noster Truculento. *Conia*, pro *Ciconia* Prænestinę. Hodie quoque *Lis*, olim *Stlis*. *Locus*. *Stlocus*. *Lentus*. *Stlentus*. *Lata*. *Stlata* *Rapo*. *Strapo*. Itaque apud Ulpiānum rescribendum. *Trebatius ait non esse morbosum, os alicui olere, ut hircosum, straponē:* hoc enim ex ingluvie oris accidere. Malè enim hodiē *strabonem*. (nam B pro P scribebant librarii.) Etsi Varonis *Æſculapius*, Iof. Scaliger, *raponem* maluerit.

— PA. *mala es.*

PH. *Imò ecastor stulta multū, qua vobiscū fabuler.* Vet.cod. habet ἀρχαιοὺς. *fabulem.* Atque ita anteā quoque dixit. *Que cum hoc insano fabulem.* Nam veteres *Fabulo* activā terminacione proferebant. Sc. *Satin' abuit*.

Satin' abuit ille, neque herile negotium

Plus curat, quem si non servitutem serviat?

Fallor; aut ita legendum. S. *Itan' abuit. transpositis* literis: nam τὸ S. nota est nominis *Sceledri*.

Non hercle hice homines me marem sed feminam

Vicini rentur esse servi militis.

Vet.cod. *bisce homines.* Nominativus pluralis anti-
quus

quus est, suprà quoque usurpatus. Sc. *Præcepta.*

Non possunt mihi minaciis tuis hisce oculi fodiri.
Excudit idem ἀρχαῖος Terétio Eun. Act. II. Sc. II.

— PA. *hisce hoc munere arbitrantur*

Suam Thaidem esse. —

Malè enim *hice* hactenus excusum est. Priscianus lib. XI. *Inveniuntur tamen etiam nominativum pluralem Hisce proferentes antiqui, ut Terentius in Ennucio. Hisce hoc munere, &c.*

Cap. III.

Raptare pro Convitiari. *Infucare*. Kalendis

Martis varia à matronis munera missiculata.

Primitus. Phanisca ancilla. *Buo*. *Ex buo*. *Ex bua*. Nonius reprehensus. *Simpuvium* unde.

Bū. *Būba*. *Bubino*. Lucilius noviter explicatus.

Ancunum. *Ancunulenta* mulieres.

Sc. eādem.

Tractant & ludificant ingenuam & liberam.

Puto verum esse *Raptant & l.unā literā demptā al-*
terā immutatā leviter. Nam *Raptare* pro conuitiari
posuit etiam Amphitruone, in Argumento.

— atque invicem

Raptant pro machis, *Blepharo captus arbiter*:
Item Aululariā. Sc. *Foras, foras.*

Quid me afflitas? quid me raptas? quā me causā
verberas?

Sed paullò pōst iterum ait.

Tum quod tractavisti hospitam ante eadis meas.

Quæ faciunt ut hæream: & sanc̄ video quomodo
exponi possit.

Nunc

Nunc pol ego metuo, ne quid infuscaverit.

Vet. cod. *infucaverit*. Rectissimè. *Infucare*, est, fuco
inficere, fucum facere. Sc. *Cohibete.*

Eaque expetere te ex opibus summis mei honoris
gratiā.

Melius vet. cod. *mei amoris gratiā*. Amabat enim
Pleusides. Ita paullò post.

Hancine etatem exercere me mei amoris gratiā?
Sed in versu quem jam proponam magis variat vet.
cod. Iste est.

Dicat. Da mi vir Calēdis mēa quod matrē juverit.
Nam omissā primoꝝ voce ita habet.

Da mīhi vir calendis qua mittam, quom Martia
venerint.

Rectissimè; sed ita rescribendum;

Da mīhi vir qua calendis mittam, Martie quom
venerint.

ut sit octonarius. Nam tum erant Matronalia, qui-
bus varia munera distribuebant matronæ. Iuvena-
lis inde exaudiendus Sat. ix.

Munera fœmineis tractas secreta Kalendis.
Pergo in Plauto.

PL. *erro, quam infistas viam.*

PA. *At scieris sed ecqua ancilla est illi.* PE. *est pri-*
maria.

Vet. cod. *est primita, non primaria*. Recte: nam anti-
qui etiam *Primitus* dicebant, unde *Primitivus*, ut
Satus, Sativus, Natus, Nativus.

Quasique hoc annulum animo suæ ancillæ dederit,
ea porrò mīhi,

Militi ut darem. —

Vet. cod. *Quasique hunc annulum Famescæ ancilla*
dede-

dederit. Puto scriptū fuisse *Fanesca*, pro *Phanisce*, ἀρχαῖνος. Ita Phaniscus servulus advorsitor est in Molstellariā.

Sc. *Quantas res.*

Negne ille hic calidum ebit in prandium.

In prandium, est ἀρχαῖομός. Sed vetus codex habet *calidum exiunt*. Corigo, *calidum exbunt*. Et heic quoque ἀρχαῖομός est pro *exbuit*. Dicebant autem veteres *Buo* pro *Impleo*. Est Græcum *Bύω*. Aristophanes εἰρήνη.

————— διξένοι

Χερσίφ τῶν ταῦτα ποιέντων ἐβύνγει μέρα.

Scholia fest. εβίνυν) ἐπάληρν, ἔφεραν. Hinc παεχγωγκώς βύζω, unde ἀνέβεις Ο. Inde composita *Exbuo*, exinanio, exhauiro, *Imbuo*, impleo. Sed Latini priisci etiam ad pocula transtulerunt, unde Lucilius *Vinibus vinibibas & vinolētas dixit. Apud Festum quoque legitur. Exbuo, quæ exhiberunt. Item Imbutum est quod cuiuspiam rei succum babit. Unde infantibus cum velint bibere dicentibus BV syllabam, contenti sumus.* Inde *Bua* omnis potio, nō tantum puerilis, ut nugator Nonius vult. *Simpuvium* quoque, quasi *Simbuvium*, quia omnes Sacerdotes simul bibebant, (ut ait Iuvenalis Interpres ad Sat. vi.) nam Sabini, à quibus translata è vox, *P* pro *B* efferebant. Origo autem, ut dicere cœperam dictioris hujus Græcanica, quia *Bύω* pro magno ponebant: & Sophron *Bύβα* pro plena. Etymologici auctor. Τὸ γέ βύ δηλοῦ μεράλε ἐλέγετο. ή Σάφεων, βύτα ἀντὶ γέ μεράλη. Itaque ut à βύ *Buo* sit, & *Imbuo*; ita à βύβα *Bubino*, & *Imbubino*. ut *Domo*, *Domino*, & talia. Et malè hoc pro sanguine mulierum menstruo inquiri-

nari

nati haec tenus ex Festi fragmentis apud Lucilium intelligendum esse putatum est. Est enim vel error Paulli, qui male nobis Festi locum in διπτομήν rededit, vel ipsius Festi, qui Lucilii verba non recte attendit: nam minimè dubium est, quin Lucilii versum, qui citatur, alius praecelerit, in quo sanguinis istius muliebris fuerit mentio. Quod autem Isidorus etiam ita explicat, nihil me mover, quia ex Festi fragmentis habet. Ergo nō simpliciter *Imbubinare* dixit, pro inquinare, sed, *menstruo sanguine imbubinare*. Sed quoniam in menstrui sanguinis mentionem incidi, hoc dicam obiter, veteres enim una voce *Ancunum* appellasse videri, unde *Ancunulentus*, ut *Vinum*, *Vinulentus*. *Lutum*, *Lutulentus*. Itaque *Ancunulenta femina mestruo tempore appellantur*. ut ait idem Feltas. Sc. Rem omnem.

Satis si intelligitis, aliud est quod potius fabulemur. Vet. cod. *potius fabulem*. Nihil rectius: sciolisti tam bellè correxerant ejecto archaismo.

Cap. I V.

Magnus, pro stolido. *Abēimus*. *Merix*.

Pulcerus. *Sublestus*. *Postridio*. *Cotidio*. *Cura* aliud, formula. *Cordis & pectoris palpitaciones* quid portendere creditæ.

Eadem scena Acroteletum ita describit Militem.

Populi odium quin noverim: magnidicum, cincinnatum,

Mæchum unguentatum? —

Sed pro *magnidicum* vet. cod. habet, *magnum illum*. quod rectum existimo, nam *Magnus* pro stolido

L

usur-

usurpabant. Lucilius apud Varrone in lib. vi.

Nequam, & magnus homo, laniorum immani' canes ut.

Martialis lib. i i. Epigramm. xxxii.

*Lis mihi cum Balbo est, tu Balbi offendere non vis
Pontice cū Licino. hic quoque magnus homo est.*

Lib. vi i. Epigramm. xcix.

Pontice per reges discurris, & omnia lustras.

Magna quidē sequeris Pontice, magnus homo es.

Lib. ix. Epigramm. li.

Qui scribis Priami pralia magnus homo es.

Sic Longus apud Catullum, ut observavit nobilitatis Batavia decus Janus Doufa F.

Longus homo est, magnas cui lites intulit olim

Falsum mendaci ventre puerperium.

— ni ludificata lepidè

Ero, culpam omnem in me imponito.

Melius vet. cod. in me impingito.

Abeamus ergo intro, haec uti meditemur cogitatè.

In vet. cod. erat. *Abimus ergo. Scribtum fuerat ap-*
χαιρῶς, Abimus. pro Abeamus. Sc. Voluptas.

Sed quis ea est? PA. sénis hujus uxor Periplecto-
meni. PY. in proximo?

PA. *Ea demoritur te, atque ab illo incipit abire, odit*
senem.

Interpungo. PA. *Ea; demoritur te, &c. Ea, s. est. Elc-*
gans & frequens concisum id loquendi genus. Sc.
quam est.

PA. *Patere, atque asta tibi hanc ego do operam.*

PY. *properando excrucior.*

Puto legendum, *propera, amabo, excrucior.* Coalue-

runt enim binæ ex dictiones. Respondet Palæstrio

Pedo-

Pedetentim. tute hac scis, tractari ita solere hasce
hujusmodi merces.

Vet. cod. *hujusmodi meritis. Scribo, hujusmodi meri-*
cis, pro meritis, antiquè. Dicebat enim veteres Me-
rix, pro Merx; quo modo Calix, pro Calx.

Age, mi Achilles, fiat quod te oro, serva illam,
pulcram pulcre.

Vet. cod. *pulcram pulcer.* Sed liquet veram esse le-
ctionem. *pulcram Pulcere antiquo vocandi casu. Nā*
Pulcerus veteres efferebāt, ut Socerius. Externus. Pue-
rus, & talia. pro Pulcer, Socer, Exter, Puer. Vocat au-
tem militem Pulcrum, ut supra.

— MI. *Pulcer salve.*

PY. *Meum cognomentum quis commemoravit.* —
Sequitur haud longo intervallo.

MI. *Heu ecastor hominem periurum. PA. ut Iudo.*
MI. *quid ego ut sublesto os?*

Lego ex. vet. cod. *quid ergo tu sublestus?* Nihil re-
ctius. *Sublestus vox proba & antiqua, ipsique huic*
Coinco usurpata Bacchidibus.

Linguâ factiosi, inertes operâ, sublestâ fide.

Perfa.

Ad paupertatem si immigrant infamia,
Gravior paupertas sit, fides sublestior.

In Nervolatiâ *vinum sublestissimum dixit.*

PY. *Postriduo natus sum ego, mulier, quam Jupiter*
ex Ope natus est.

PA. *Si hic pridiè natus foret, quam ille est, hic haberet*
regnum in calo.

Fortè, *Postriduo, cui magis respondet, quod subjicit*
Palestrio, Si hic pridiè, &c. Postridio autem dixerint
est; sic Cotidio dixit Q. Cæpio in M. Æmilium Scau-

rum lege Varia. Cum ab isto viderem cotidio hostes consiliis adjuvari. Si Postriduo retinebis, valebit Tri-duo post. Mihi Postridio magis placet.

PA. Atque adeo audin' tu? dico docte & cordate.

MI. alind cura.

Vet. cod. dico docte & cordate, ut cor ei saliat. Lipsius probat: ego no temere. Vetus haec formula erat, qua securos esse alios jubebant. Ita suprà. Sc. Rem omni. PA. Insistite hoc negotium sapienter. AC. alia cura. Et paullò post.

PA. mittito tu,
Quasi clanculum ad me missa sit. PE. faciemus.
alia cura.

Retinenda ergo haec lectio: Melampus ait. Καρδία ἀλλομένη διπευλήν φίλας θυλοῖ. Sed id heic nihil loci habet. Aut cor pro pectori accipere debeimus, & tū conveniet quod idem ille ait. Στῦδος ἀλλόγενον εὐωχίαν θυλοῖ παντὶ. Verisimile enim est Militem convivio Acroteleutium excepisse, priusquam cum ea concumberet. Hoc si placet, paratum erit etiam isti lectioni patrocinium.

Cap. v.

Effulatum. Fifulare. Sifilare. Alpum. Oculorum dolores panniculo laneo dissimulari soliti. Lanoculi. Sequo, pro Dico. Attini. Tettini. Voleris. Venus Frugi. Frucinal. Parso. Dispendere. Tennere. Festus correctus. Nocere neminem. Iurandi mos per Dianam.

Sc. Sequimini.

expapillato brachio

Pre-

Pracinctus, atque assimulato quasi gubernator fies. Non potest esse hic locus sine mendo: quid enim *Expapillatum* brachium? Nam quod Nonius, & Festi mutilator Paullus afferunt, metæ nugæ. Nam quomodo exerto brachio papillæ nudantur? Deinde, et si hoc fiat, quæ ratio est ut propterea brachiū *Expapillatum* debeat dici? Puto corrigendum *Exfipulato* brachio, pro *Exfibulato*. Sabini enim *Fipula* pro *Fibula*, *Alpum* pro *Album* proferebant. In Festi schedis legitur etiam *Effasilatum*, unde apparet jam tum variè hunc locum conceptum in Plautinis exemplaribus fuisse: Inde suspicio esse potest *Effusilato* quoque non inceptè scriptum iri: nam *Fifula*, & *Fifulare* veteres pro *Fibula*, & *Fibulare* dicebant, ut *Sifilum*, *Sifilare*, pro *Sibilum*, *Sibilare*. Hæ meæ conjecturæ de loco desperato, auscultabo meliora docenti. Quod autem paullò antea dixit.

Causiam habeas ferrugineam, calcitam ob oculos laneam.

Iubet ut oculi vitium simulet, nam id genus hominum laneum panniculum oculis prætendebat, qui mos etiam hodiè obtinet, dicebanturque *Lanoculi*. Festus. *Lanoculus*, qui lana tegit oculi vitium. Sc. Hera ecum.

AC. Ne parce voci, ut audiat. MI. cū ipso polsum locuta.

Temerè interpolatunt viri docti, cum in vett. codd. effet, sum secuta. quod probissimum. Sequo enim, & Sequor antiqui pro Dicere usurpabat, hinc Sequster, & Insequo. Livius Andronicus.

Inseque Musa virum versatum.

Ovidius Metamorph. xiii.

Referò charissima, dixit,

Neve tui causam tege, sum tibi fida, doloris.

Nereis his contrà resecuta Crateide natam est.

Dixit Resequi, ut Sabini Reloqui, de quo ad Amphitheatrum. Sequitur statim.

Veneri pol habeo gratiā, tandemq; & oro & quæsō,

Ut ejus mihi sit copia quem amo, quemq; expetisco.

Legendum arbitror. eandemq; & oro. Sc. *Quid modi,*
PH. *Ibo quanquam invita facio, pietas sic cogit.*

PL. *sapis.*

Nimis temerè mutavit Lambinus, nam in vet. cod.
est, *pietas sic cabebit. Rectissimè.* (tuum.

Forma huius, mores, virtus animum attinuere hic
In vet. cod. erat. attinerent h. t. Certissima conjectura mea, attineront, ἀσχαινῶς. Veteres enim Attini pro Attini dicebant, ut Tetini pro Tenui. Exempla habes apud Nonium. Ad eadem faciem etiā Volevis in preicatione augurali pro Volueris legebatur.

Bene quæso inter vos dicatis & mibi absenti tamē.
Malo ἀσχαινόν, qui in vet. cod. mi absenti.

PY. *Fassis frugi, PA. jam non possum, amisi omnem libidinem.*

Latet heic jocus haçenus à nemine animadversus, quem indicabo. Miles hortabatur Palestriōnē, postquam cūm scorto Philocomasio abiret, ut benè se gereret, prout deceret frugi servum; ille nequiter, & serviliter ludit tanquam de Venere loqueretur, respondetque non posse se, amississe enim omnem libidinem. Fuit autem Romæ Venus Frugi, cuius templo Frucinal. In Epitomā enim Pauli est. *Frucinal, templum Veneris Frugi.* Et Frucinal est Frugina!, nam C & G promiscè scriptitabant. Varia autē ibi

ibi hodiè scribtura, nam *Frutinal* etiam & *Fruti* excuditur. Tradiderat Festus de Venere *Frugi*, & *Frutillo* loco, quem frutex iste Paullus ita nobis admulavit. Venus verò *Frugi* ea est, quam veteres honestis amoribus præsidere credebant, quā ἐγνιαν Græci nominabant. Si cui tamen simpliciter accipiendum videbitur, non magnoperè repugnabo.

— ibo nunc intro nunc jam
Ad amores meos. etiam sensi hinc, sonitum fece-
Multò melius vet. cod. (runt fores.

— ibi hinc intro nunc jam
Ad amores meos. quis exit hinc? sonitum f.f.

Sc. Ne me.

Ne me moneatis, memilli ego officium meum.
Ego jam conveniam illunc, ubi ubi est gentium.
Investigabo, opera & ego nam parcam mea.

In vet. cod. opera & ego non parco mea. Certum est legi debere. non parco mea. A ἀσχαινόν est Parco, pro Pepercero. Sc. ultimā.

Ubi lubet distendite hominē divisorum, & dispendite.
In vet. cod. erat. *dispendite hominem d.e. distendite.*
Et Nonius non aliter laudat. *Dispendere* se propriæ aves dicuntur, cum pennas expandunt. Præterea corrigo, & *distennite*. Manifesto captavit ταρῆνον in duabus istis dictionibus, *Tennere* verò apud veteres verbum auctupale. Terentius usus est Phormione Act. 11. Sc. 11.

— *quia non rete accipitri tenit, neque miluo.*
Perierat autem, absque Donato esset, cui gratia debetur. Vetustissimi *Tēnere* dicebant, siquidē literas non geminabant: hiuc *Obstenit* in Saliari carmine apud Festum.

*Sed jam scalo candens Aurora obſtenit ſuum pa-
trem.*

Non enim *Obſtinet* legi debet; nam *Obſtinere* ſive
Obtinere eſt *xpſcīv.* Dicebant autem *Teno*, *Tendo*. ut
Caneo, *Candeo*. *Aveo*, *Audeo*. *Gaveo*, *Gando*.

Jura te non nocitūrū eſſe homini de hāz re nemini.

Vet. cod. *nocitūrū eſſe hominem d. b r. neminē.* Op-
timē, nā elegātissimus eſt *ἀσχαιτρός*. Ita paullō poſt.

Iuro per Dionam & Martē, me nocitūrū nemini.
Iterum vet. cod. *me nocitūrū neminē.* Nihil dignius
Plaūto. Tale eſt quod legitur extrema ſcena.

Magis metuant, minus hāz res ſtudeant.

Porrò in verſu paullō antī landato, *Iuro per Dia-
nam*, malim ſcribere; quia per eam Deam jurabant
plutinum. Parthenius *Erotic.* ix. ḥ 3 Διβγνητον εδεν
υποτοπίοις τελόνδε, μάλα ωρθύμως ἀμοσεν αρτεμιν
χαειεῖδε ἀντηστὸν ἀν ωρθαῖτα. Gravissimē enim per-
juria vindicare existimabatur. Aristonetus lib. i. Φα-
σὶ τὴν δέου (Dianam intelligit) ἐπὶ πάσας μὲν ἀμαρ-
τάν κινεῖδαι δεινῶς, μάλιſa δὲ τὰς ἀμελάντις τῶν ὅρκων
πικρότερην πμωρεῖδε. Si quis tamēn vulgatae lectioni
patrocinabitur, fero.

Cl-

Clarissimo Viro

FRANCISCO PY-

THOE O in Curiā Pati-
ſiensi Adyocato.

Ve hīſe diebus in Mercatore Plauti V. CL. muginatus
ſum, velim caſigies, ſi tantum tibi a ſtudii tuis oti. Tri-
cas quiſpiam idicat: meruſiſmō fortaſſe. Id tamen multum
me conſolabitur, quod Plautinæ erunt, non Tellana. Qui ali-
ter? nihil agere non poteram, non volebam; & ucreor nihil
ominus ut egerim. Ridebit itaque me Siculus aliquis, quod que
minimē & potuerim, & voluerim, egerim maximē. Tu ui hu-
manitas tua eſt, me amabis, & haec emendabis. Illud benignè fa-
cies, hoc libenter: utrumque tibi honestum, mihi honorificum:

MERCATORREM.

Cap. I.

Conata, τατηλινῶς. Ephebitas. Mundus rusticus. Pōsse, pro Potuisse. Picem ferventem impetrari inimicis mos. Pedissequā letæ olim deformes, ut Syræ, aut Ægyptiæ. Græcarum ovium præstantia.

Sc. Duas res.

Istuc reverti certum, ut conata eloquar. Tentabat Camerarius, ut incovata. sed, pace tanti vi- ri dixerim, non recte: Conata τατηλινῶς heic pos- tum, quomodo apud Accium Atreo.

Ego incipio, conata exequar.

Sequens vetus

*Principio atque animus ephebis atate exiit
vitii manifestus est. Delicia Musarum Dousa F. re-
stitui posse hoc modo existimabat.*

Principio atque etas ex ephebis exiit.

Non male quidem, sed nimis audacter, atque ideo male: nisi me amo, recte divinavi.

Principio atque anni' ephebitated exii.

Declinatum ab *Ephebus*, *Ephebitas*; ut ab *Anus*, *Anitas*.

Rationem pessimam esse, ea qua ipsius optimâ

Omnis labores invenisset perferens,

Amores vi diffunditari, ac doteri.

Magis placet vet. cod. lectio.

Ratione pessimâ, eaque ipsius optimâ:

Omni

*Omni quod modo, quo iuventis ipse parserit,
Me rem videret funditare, ac perdere.*

Ait verò, eaque ipsius optimâ: & Ichonem intelligit, sic paullò antè dicit.

*Lacerari validè suam rem, illius augerier.
Sequitur paucis post versibus.*

— *adèo arctè cohibitum esse sè à patre,*

Multo opere immundo rusticò sè exercitum.

Non damno temerè hanc lectionem, nescio tamen quomodo dignior Plauto videtur quæ in vet. cod.

Multo pere in mundo rusticò sè exercitum.

Eleganter herclè *Mundus rusticus*, pro ipso rure, in quo vivere & exerceri, quid est aliud quam rusticum esse? Simile est quod nos in nostro idiomate in puerili mundo esse dicimus senes jam secundū pueros factos. In versu autem sequenti.

*Neque nisi quinto anno quòque posset tum visere
Urbem.*

Errat Gulielmus, cum *assuetum* reponere tentat, nam *Pōsse* per crāsin est positum pro *Potuisse*. Sc. Ex summis.

*At tu edepol calidam, picem bibito, agritudo abs-
cesserit.*

Mos exrantibus feruentē picē potandam precari.

In veteri Inscriptione. HÆC. STIGMATA. AETERNA.

ACTE. LIBERTÆ. INVSTA. SVNT. VENENARIAE. ET.

PERFIDÆ. DOLOSAE. DVRI. PECTORIS. CLAVOM. ET.

RESTIM. SPARTEAM. VTI. SIBI. COLLVM. ALLIGET. ET

PICEM. CANDENTEM. PECTVS. MALVM. COMMVRAT.

SVVM.

CH. *Obscro, disolve jam me, nimis dia animi
pendeo.*

AC.

AC. Placidè, multa exquirere etiam prius volo,
quam vapulem. (abis.)

CH. Hercle verò vapulabis, nisi ja loquere, aut hinc
AC. Hoc sis vide, ut palpatur; nullus est aequè, cum
occæpit, blandior.

Transpositi necessariò hi versus, quos eo ordine,
quo reponam, à Plauto scriptos facilè sermonis aco-
lusi fidem faciet. Sic ergo debent constitui.

CH. Obscero, dissolve ja me, nimis diu animi pēdeo.
AC. Hoc sis vide, ut palpatur? nullus est aequè, cum
occæpit blandior. (abis.)

CH. Hercle verò vapulabis, nisi ja loquere, aut hinc.
AC. Placidè, multa exquirere etiam prius volo,
quam vapulem. Sequitur.

CH. Cedo tuam mibi dexteram agedum Acanthio.
AC. en dabitur, tene.

Puto melius esse, en danitur, tene, ut sit aëxātūs,
pro datur. Nam jam faciebat hoc, cur igitur futu-
rum usurper? Sc. Homo me.

Nec sacrum, nec tam prophanū quicquam est, quin,
Ibi illico assit. —

Multo melius vet. cod. quin Tibi assit illico. Et dixi
de phrasios istius elegantiâ cum alibi ad Catonem
R. R. tum etiam ad hunc ipsum Bacchidibus. Sc.
Amicè amico.

LY. Quin etiam tibi ancillam dabo natam annos
sexaginta (ris Graci est.)

Peculiarem. PA. mi senex, tā vetulam? LY. gene-
Eam si curabis, per bona est, tondetur nimium scitè.

Locus corruptissim⁹: De lanificio heic sermo, & cur
donet ei ancillā, quam benè tonderi dicat? deinde
cur Græci generis? nā matresfamilias in ancillas
elige-

elgebāt deformes quæ essent, ut Afric aut Egyptiæ.
Colligimus ex Comœdia hujus scenā Homo me.

— ego emero matritua

Ancillā viragine aliquam non malā, formā malā.
Ut matrem addecet familiās, aut Syram, aut
Egyptiam.

Et Truculento. Sc. Ne expectetis.

— adduxi ancillas tibi eccas ex Syriā duas,

Iis te dono. —

Itaque Pitbecia aliquando vocabantur. Vide quæ
ad Truculentum cap. 11. Secus lenocinium facere
dictabantur. Clarè idem in verbis præcedētibus.

— illà formā matrem familiās.

Flagitium sit, si sequatur, quādō incedat per vias,
Contēplent, confisciant omnes, nutēt, nictent, fibilēt,
Vellicent, vocent, molesti sine, occident ostium,
Impleantur mea fores elogiorum carbonib⁹.

Atq, ut nūc sunt maledicentes homines, uxori mea
Mibique objicient lenocinium facere. —

Rescribendum ergo ex vet. cod.

Ovim tibi eccillam dabo natam a. f.

Ludit Lysimachus ὑπερβολικῶς in ætate. Itaque jam
convenit, quod ait, generis Graci est, ex enim laudā-
bantur. Plinius lib. viii. cap. xlviii. Lāna autem
laudatissima Apula, & qua in Italia Graci pecoria
appellatur. & sequentia. Vide quoque Colūmela
lib. vii. cap. ii.

Malum. Bonum. Formulæ veteres.

Mercator aucta.

Sc. Sumne ego homo.

*EV. Quæso herclè animum ne desponde. CH. nul-
lus est quem despondeam.*

Loquere porro aliam malam rem, cui est empta?
Multo melior lectio vet. cod. *L. p. a. rem, malum,*
cui e. e. Nemo nescit veteres indignabundos *Ma-*
lum dixisse: Notum hoc, inquam: illud fortasse non
item omnibus, sic contrà pacatos *Bonum* usurpare.
Observo ex Apuleio Miles. x. Tantus denique ac tam
Iber *cachinnus* *cunctos* *invaserat*, ut aures quoq; pra-
terenantis perveniret domini. *Sciscitatus* denique, quid
bonū, rideret familia: cognito quod res erat, ipse quo-
que per idem prospiciens foramen, delectatur eximic.

Cedo si bâc urbe abis, amore te hic reliturū putas?
Si id forte ita, si ita animo acceptum est certum, id
pro certo si habes.

Quanto te satius est rus aliquo abire?

Secundus versus ita in vet. cod. conceptus erat.

Si id forte ita sat animo acceptum est, certum id
profectò si habes.

Haud parum rectius. Sc. *Miserior mulier.*

DO. Quia illa mulier intus est. LY. vidistine eam?

DO. Vidi. LY. cùia ea sit rogitas? DO. resciscam
tamen.

Leve mendum inest primo versu, quod tamen non
animadversum valde turbat. Lego, *Cùia illa mulier.*
Ita corrigi debere patet ex sequenti versu, ubi ita

Lysimachus.

Lysimachus. Cùia ea sit rogitas? Et nisi hoc loco sit,
non legis eam id rogare. Dicit autem. *Mulier*
intus, pro eâ quæ intus est, phrasivaldè sibi familia-
ri. Sic Amphitr.

Tu Thesala intus pateram efferto foras.

Bacchidibus.

Argentum jubebo jam intus efferrî foras..

Menæchmis.

Evocate intus mihi cocum/ cylindrum actutū foras.
Et aliis plurimis locis.

LY. Vin' dicam quoia est illa? illa edepol. via mibi.

*Nescio quid dicam: DO. hares. LY. haud vi-
di magis.*

Heic personæ male constituæ; Repono.

*LY. Vin' dicam quoia est illa? DO. edepol. LY. ve-
mibi.*

Nescio q. d.

Nihil certius, quam ita pristinū nitorē loco isti re-
cuperari. Nam lò illa male bis librarii incuria irre-
serat, & vet. cod. semel tantum habebat. Sc agite, ste.

Satis scitum filum mulieris, verum herclè amat.
Valdè acumen suum ostendunt hæc loco Guliel-
mus & Colvius, juvenes eruditissimi ambo, sed er-
rant tamen. Non enim rejiculam censeo, vet. cod.
lectionem.

verum herclè an net hoc?

Optimè convenient, nam quum dixisset esse scitū
filum, rogar præterea an hoc neret. Valdè itaque fal-
lor, an torus versus ita à Plauto fuit constitutus.

Satis scitū filū, mulier is verum herclè an net hoc?

Mulier is est ἀεχαιομός, nam ἵς & Quis genere
cominuni efferebant. Scioli duas voces in unam

con-

contraxerant, & corruptelæ ansam præbuerunt. Ergo sic intelligendus est locus hic. Cocus Dorippæ formam iridens, laudat *εἰρωνεῖος*, dicens scitum esse filum, rogatque an ea mulier hoc neret, Syram intelligens *δικτυῖος* digito illâ communstratâ. Innuere volens tam cùs deformem, quam ipsa anus Syra.

(ca est.

Num metuis tu istanc? LY. *sapiο, nam mihi uni-*
Melior^{et} cod. lectio. *Ni metuis, α& χαιρός, id est. Ne*
metuis, pro Metuisne. Nihil Plauto dignius. Scena.
Hera, quem, &c. finē mutila est. Hodiè ultimus ver-
sus est.

Etiā nunc mulier intu' st? SY. *etiam. EV se-*
quere me.

Addo ex veteribus codicibus tres istos tam Plauti-
nos, ut non alii magis.

Quid Peristratam hic Demiphonis contuor?
Gradus grandit, emittit oculos, circumfert se, obsti-
pat verticem.

Affervabo hinc rerum quid gerat, magnū est quic-
quid queritat.

Cap. I I I.

Mercator duabus elegantissimis
scenis aucta.

O Stendi defectum in hâc Mercatore, sed parvum
illum quidem, præquam is est quem nunc de-
tegam, & supplebo. Nam in iisdem meis veteribus
libris duæ aliae scenæ reperiuntur, quæ in reliquis
vulgatis desunt. Sequuntur autem scenam, quam
dixi, *Hera quem.*

PERI-

PERISTRATA uxoris Demiphonis.
SYRA. LYCISSA.

- PE. **D**iva Astarte hominum deorumq; vis, vita,
salus: rursus eadem quæ est
Pernicies, mors, interitus, mare, tellus, calu^s sydera.
Iovis quæcumque tempora colimus, ejus ducuntur
nutu, illi obtemperant. (cateri.)
Eam spectant: quod illi displaceat, facile excludunt
Quicquid complacitum, id sequuntur, qua vi-
vont omnia, atque sentiunt.
Alios enicat, extinguit, alios suo latte fovet, at-
que erigit: sed quos enicat, (gere.)
Hi vivunt, & sapient: quos properat alere, ac eri-
Hi quidē cōfestim pereunt, atq; male sapiunt miseri.
Facient benevolentes odiosi, humum mordent, ca-
put reptant,
Fremunt, perstrepuntq;: cumq; putant vivere,
tunc ruunt maxime,
Tunc, tunc student persequi, labant juvenes, itidē
rapiuntur senes. (cognitum.)
Illi se amant: quod amant, amatum volunt, atq;
Illi vero si amare ea etate occuperunt, multo in-
sanient acrius. (que difficiles.)
Verum si non amant, oderunt, molesti itidem, at-
Garruli, osores, infensi, iracundi, sibi suisq; invidi.
Quod in se olim admisere turpiter, id si fiat mo-
destius, (indecenter obstrepunt.)
Nec tolerant, ut equum est patres: sed clamant,
SY. **Q**uantum intellego, & hanc male habet Demi-
pho. PE. id verum. (nit uchementius.)
Amat filius & perit, id quo resciscit pater, infa-

M

Quæ

*Quae istae intemperies? abegit vir mens olim ipse
ad mercatum Rhodum filium:*

Nūc ut fert Acanthio, ipse fibimet faciet exiliū.

*O. uniuersum patrem, o infortunatum filium, quo
te recipies?* (non patiar.

Vbi matrē relinques? sola dega? filium amittam?

Vēdedit pater: ubi ubi erit invēta, mater redimet.

*Dicitu Lycissa, num in hanc viciniam adductam
autumant?*

LY. *In hanc opinor, in amici scnis cuiusdam ad eis.*
PE. hic, prater Lysimachum,

*Nullus quē sciam. SY. Lysimachum nominat.
Mirū nī senes vicini in unū nīdū cōspiraverint.*

PE. *Dorippam ejus uxorem conveniam.* LY. quid,
convenias? non eam vides?

PE. *Video equidem, auscultemus, nescio quid secum
iracunda missitat.*

DORIPPA. SYRA. LY- CISSA. PERISTRATA.

DO. *S*yra non reddit, quam accerstum patrem jam
diu est quod m̄ seram:

*Tarda nimium aut lapis obriguit, aut angue de-
morsa cessavit turgida.* (nere nequeo:

SY. *Nulla sum adest hera, me querit. DO. domi ma-*
Bellula: istanc pellicē mei nō patiuntur oculi: ex-

clusissim foras, (quod fert non credā.

At me meus continuit Entychus, sed omnino

LY. *Audin' hera?* PE. audio sine pergit. LY. sīno.
DO. amici inquit scnis

*Gratia huc ad nos venisse, habet venalem, amā-
ti dūm detrahat filio.*

*Hec quidem aut viri, aut gnati fallacia dissidet
sententia.* (dicit filius.

Sequestrō vir ait datam, eandem vero venalem

SY. *Ibo de improviso obviam, ne cessasse intellegat.*

DO. istae filio (mero cuculo

Non credam, qui obsequitur patri, huic vero ut

*Id certum est mentiri ampliter, euidem coquio
crednam.* (me vocat?

Eccam Syram, ut currit benefica; Syra. SY. quis

DO. *Malum quod di tibi danunt. SY. hera, si sapis,
hoc potius* (non amplius irascor.

Tua pellici, & marito dato. DO. istuc dīctū, tibi

*Sed ubi pater? quid cessat? an hominem podagra
impedit?* (cunt pedes.

SY. *Nec podagricus, nec articularius est, quē rus dñ-*

DO. *Non domi? SY. non. DO. ubi? SY. rure esse au-
tumant.* (rationis satis.

Atque nunquid redeat incertum hodie, cū villico

DO. *Omnia mibi hodie eveniant, preter sententiam,
non vivam vesperi,* (LY.* hera abit

Nisi illanc à me scelestam abigam: eo domum.
Dorippa. PE. hem abit, compello, Dorippa.

DO. *quid molestia* (sed benevolens,
Hoc est? quis me revocat? PE. non sum molestia,

Et amica: te cōpellat tua Peristrata, mane quaſō.

DO. *Hē Peristrata, te pol nō norā, mala bilis cruciat.*
Me, atq, exagitat. PE. istuc volo, quē sōne neges,

*Tē audivi modo, dic mibi, quā te nunc habet ſoli-
citudō?* (mibi benignius operā,

DO. *Peristrata sic di tibi unicū gnatum ſōpitent, da*

* Locum hunc totum ita restitu. —— hera abit.

PE. Hem, abit, compello. LY. Dorippa, Dorippa. DO. quid molestia.

*Nulla dari mihi poterit melius, par est atas, una
crevimus,* (tuis.
Pares atate habemus viros, nulli colloquor lubē-
*Solicitor merito quidē, quid tibi animi esse nunc
possiet.* (Demiphō?

Si amicam hac atate ante oculos tuos adduxerit

PE. *Adduxit?* DO. factum. PE. domi est? DO. do-
mi, immo coqui (adventus omnia.
Cōducti, parabatur cōviviuū, ni meus disturbasset
Senē miserū Venus & Cupido alieno satis vexant
tempore. (miserior.

PE. *Sed ista levia sunt Dorippa, utinā non ego eſſem*
DO. *Levia?* PE. *levia quidem.* DO. *qua pejorat tibi
tuus faceret?* (ſo loquere:

PE. *Immo pejoribus pejora.* DO. *qua iſtaſ sunt: qua-*
Ut tu mibi, ego tibi, qua frēto opus ſunt, demus
confiſſum. (alieno ſapit.

Vetus id dictū eſt, feliciter is ſapit, qui periculo

PE. *Unicus mihi Dorippa eſt gnatus: ſciſ?* DO. ſcio.
PE. *hunc pater* (niam amaret.

Olim à ſe extruſit Rhodū. DO. *quare?* PE. *quo-*

DO. *Ob' id iſpum?* PE. *id quidem nūc quoque, quom*
ancillam domum (nalem præbuit.

Adduxiſſet, hanc refiſſens pater produxit, ve-

DO. *Atat novi, verum dixerat filius, ego mariti ami-*
cam putabam mei. (viciniā.

Quoi data eſt? PE. *ſeni quidam in hac amico*
Credo hic alium, prater tuum, amicum habere
neminem.

DO. *Ea quidem eſt, quid filius?* PE. *urbem hanc ſe*
deserturum autumat. (credito.

DO. *In portures eſt, quid ſi invenerit?* PE. *mansurum*
DO.

DO. *Prater ſtē ſalva ſumus, ne dubita, apud me ea eſt.*

PE. *Apud te? ea erat opinor, de qua loqui te audiui*
modo. (filium.

DO. *Ea. PE. ô factum bene, merito te amo, reſtituifſi*
Fac videam DO. eamus int̄ro. PE. eamus, Ly-
ciffa ades, (devortam.
Acanthioni haec nuncia, ego ad Dorippam huſc

Cap. I V.

Livius Andronicus emaculatus. Sorū. Mos
pedes unguendi ante calceorum inductionē.
Ampullas peregrinatēs cur ſecum portārint.
Mōratur. Mercator tertium aučta. Genere
cadere. Ob vos ſacro. Sub vos placo.

Sc. Ecaſtor lege. malè vulgatur hodiē.

Ecaſtor faxim, ſi itidem plectantur viri,
Si quis clām uxorem duxerit ſcortum ſuam,
Ut illae exiguntur que in ſe culpam commerent,
Plures viri ſint vidui, quam nunc mulieres.

Nam legendum eſt, Ecaſtor paxim, quod & ſuprā
monui ad Amphitruonem, cap. ix. Simile mendum
in Livii Andronici iſto verſu quem ex Odysſea ci-
tat Priftianus libb. ix. & x.

Nexebant multa inter ſe ſe flexu nodorum dubio.

Corrigo, plexu nodorum. Sc. Limen ſuperum.

Ubiqui eripiatur, animo tuo quod placeat maximē:
Ibi quidem ſi regnum detur, non eſt cupida civitas.

Explicant cupida virti docti, tanquam expetibilis, cu-
pienda: ſed recte in vet. cod eſt. cupita civitas. Errori
originem præbuit, quod veteres D pro T ſcribe-
bant. Præterea primo verſu vet. cod. habebat. Ubi

quid eripiatur. unde etiam, Ubique id eripiatur, legi posset: hoc verò non est tam magni momenti. Sc. Divum atque hominum.

Eorum inventu res decem sinitu pessumas perdidit. Vet. cod. *Forum inventu.* Nihil certius quam scribisse *Comicum Sorum pro Eorum, ἀρχαιοῖς.* quale mendum & ex Asinaria memini tollere.

Recipe te ad terram Charine buc, nonne ex adverso vides?

Nubis ater imberg, instat. aspice nunc ad sinistrā, Calum uti splendore est plenum ex adverso vides? Nauci non est h. ec lectio. Vet. cod. *Respice buc ad dextram Charine.* Nihil poterit melius. firmat quod subdit.

— *aspice nunc ad sinistram.* Sequitur.

— *omnia*

Comonstrabo, amicior mibi nullus vivit, atq; is est. Qui illam habet, neque cui magis me velle melius aquum siet.

Archaismortui ignoratio huic loco corrumpendo fuit. Nam certum habeo scribisse Plautum, *neque quim magis me.* Dicebant *Quim & Quem*, ut *Im & Em.* Adhæserat in principio frequentis dictio *nis. Me pro Mi* sive *Mih;* tertio casu etiam *ἀρχαιός* est. Ita omnino legendum est; aliter perit decor & acumen sententie. Dicit Eutychus amasiam se Charini vidisse apud quendam amicum suum, & quidem talium, quo nemo magis sit obstrictus ut bene sibi vellet: addit enim hoc ut soletur Charinum, fidemque faciat posse se ei in recuperatione amasiam operam aliquam gratiam navare.

Omnibus hic ludificatur me dolis, ego stultior

Qui

EXERC. CRIT. PARS I.

Qui isti credā, cōmoratur, chlamyde sumā denuō. *Putō verām conjecturā mēam, cōmorātur. Com pro Cum, ἀρχαιόν est.* Iam *Morari* veteres dixisse notavi etiam ad Militem, cap. i. Sequitur postilla paullo intervallo.

— *tollo ampullam, atque hinc eo.*

Verba sunt Charini peregrè iturientis, non tamen cuius intellectu facilita. Lambinus contentus fuit dixisse, peregrè proficisciētes ampullam secum portasse, sed in quem usum factitārint, id verò silet. Ego dicam. Mos erat pedes oleo ungere antequam calceos induerent, itaque peregrè abeuntes ampullam secum portabant, quæ oleum in eum usum suppeditaret. Posterius ex hoc Plauti loco apparet, prius ex Hesychio, cuius ea verba. Ηλείφωνος πόδας οἱ ἀρχαιοὶ, πγίν τὸ ιποδηστα. Hinc λιπαρεὶ πόδες apud Poëtas. Venio ad Sc. *Quasi tu nunquam.* cuius principium mutilatum esse tam mihi certum, quam Plautum de pistorum proslapiā fuisse. Et quis, obsercro, paullum modū emundatæ naris inficias ibi: diffentio ergo à te eruditissime Lambine, ignoscet mihi manes tui, & ut diligentiam tuam summam cum doctrinā non vulgari conjunctam libens admitor, ita heic judicium non injuria requiro, quod si advertisses, nunquam deesse nihil pronuntiassem. Sanè necessariō præmittendi undecim isti versus, quos ut in vetere meo codice inveni, hoc loco proponam.

LYSIMACHVS. DEMIPHO.

LY. *D*emipho sapiētum illud dicitū te audiſſe reor sapius, (homines) *Voluptas est malorum esca; quod eā non minus*

M 4

Quām

Quām hamo capiantur pisces: hoc quō fugiant
senes,

Tu tamen senectuti gratiam non habeas, quoniā
hac tibi

Non abstulit modo, sed in amore cōjicit fortius,
Quo te consiliumque tuum atque mentem perdit
funditus.

Atque oculorū tibi prāstringit aciē, me quoque
In magnū conjec:st: malum, nec quid faciā scio.

DE. Lysimache, deūm hoc arbitrium est, non hominū,
tute hoc tecum.

Si cogites, non aequum te facere arbitrabere,
Quoniam amico homini tuig, conscio ita succenseas
misere.

Quasi tu nunquam, &c.

Atque hæc omnia Plautinam phrasin redolēt; adeo-
que evidenter hic pertinet, ut qui neget, eum ego
habere cerebrum negem. Lego verò tertio versu:
Hanc quom fugiant senes. Sequitur. Sc. Iam redeo.
quæ versu p̄ræcedaneo in meo codice est auctior, &
ita incipit, legiturque.

EV. Ad patrē ibo, ut matris irā sibi esse sedatā sciāt.

DE. Iam credo, placet principium, quid agis? quid fit
Eutycē.

Confer serie Lector, & videbis Plauti Mercatorem
non parum à me adjutam.

Qui bono sunt genere nati, si sunt ingenio malo,
Snapte culpā genere capiunt, genus ingenuum im-
probant.

Scio Colvium legere, Snapte culpā degeneres abeūt,
genus ingenio improbant. Sed erravit doctissimus ju-
venis, nam certā conjecturā corrigo. Snapte culpā
genere

genere cadunt. Posteriora illa minimè sunt sollici-
tanda. Iam Genere cadere nihil aliud est, quā quod
Græci dicunt, ἐκπίττειν τὸ γένος, cui contrariū erat,
ἀναλαμβάνειν εἰς τὸ γένος. ut olim notavi ad Lyco-
phronem. In vetere codice erat, ex genere capiunt,
inde inducor jam ut legam, ex genere cadunt, pro eo
quod est, genere excidunt, & hoc magis respondet
Græcæ locutioni, in quā est ἐκπίττειν. Porro. Ex ge-
nere cadunt est ἀρχαιόν, nam veteres composita re-
solvere amabant. Talia sunt Ob vos sacro. Sub vos
placo. quæ apud Festum leguntur.

Eamus intrō, non utibilis hic locus factis tuis.

Melius, Plautoque dignius, quod in vet. cod. non
utibile hic locus. Iterum non intellectus ἀρχαιόμος.
Sic Amphitruone Cul est dixit, pro Qualis est, Nun-
dinale cocus, Asinariā. Fac fidele sis. Captivis, quæ
singula suo loco annotavi.

M. 5 Viro

AD

PSEUDOLVM.

Cap. I.

*Tis. Neparcis. Neparcus. Dacruma. Ciba. Ci-
bela. Flagriciba. In Varrone vitiosa scrip-
tura indica ta. Herè. Pretersa. Oliveta. Fe-
sti error,*

Sc. Si ex te.

Duorum labori ego hominum parssem libens,

Me ite rogandi, & tui respondendi mihi.

*Lego ex Agell. lib. xx. cap. vi. & tis respondentis.
Nam Tis, pro Tui, ἀσχετὸν est.*

PS. Hen⁹ id quidem tibi herclē ne parsis dabo.

Nimis hic locus contaminatus, qui tamē nullo ne-
gotio restitui pristino nitoru potest hoc modo. ne-
parcis. Veteres dicebant *Neparcus*, ut *Nesapus*, *Ne-
purus*, & talia. Comicus noster *Neparcus* adverbialiter extulit, ad quam faciem *Inyitis*, *Ingratis*. Cum
Pseudolus rogasset *Calidorum* quid velleret sibi fieri,
atque ille præ animi mæstitia eiulans *Hen⁹* dixisset;
ludens verniliter, *Hen⁹* inquit: id tibi herclē nepar-
cis, id est abundē dabo. Hic sensus hujus loci, & ve-
ra lectio.

Ut literarum ego harum sermonem audio,

Nisi tu illi drachmis fleueris argenteis,

Quod tu istis lacrymis te probare postulas,

Non pluris refert quā si tu imbreu in cribru geras.

Locus luxatus, & corruptus. Ita puto restitui debere.

Quid tu istis lacrymis te probare postulas?

Ut

Viro Clarissimo

IACOBO LECTIO

IOANNES MEVRSIUS S. D.

*Q*uid de Plauto censeas V. CL. non ex te queſtererim, qui certissimū habeam ſeriō amare; & ſeorsim ſentire ab iſiſ
ē Caudicalli provincia, qui pistrinum, id eſt, pŕeſepm qſinariā
olere ejus Fabulas dilittant. Quibus nos contrā allium & rur
merum objicimus: Tanti verò pistrinalem illum olorem faci-
mus, ut quoiescūque nares ferit, id velutius millies fieri quod
Fabullo ſuo predicit Poëta Veronensis. Sed ignoscamus iſiſ, cum
cerebrum non habeant, ne quibus iniqui flagitatores videa-
musr. Digni enim ſunt misericordia, quam riſu. Tu V. CL. me
ama, ſi potes; haec uide, ſi lubet. Poteris autem, quia humaniſ-
ſimus es: lubebit, quia harum literarum ſtudioſiſſimus. Virumque
merui amore erga te & obſervantia.

*Ut literarum ego harum sermonem audio,
Nisi tu illi dacrūmis fleueris argenteis,
Non pluris, &c.*

Notū est olim *Dacrūma* pro *Lacryma* in usu fuisse. Etsi autem *drachmis* ferri posse non temerè negauerim, *dacrūmis* tamen haud paullo plus elegantia & venustatis sententiae addere valdè affirimo.

*Spero alicunde hodiē me bonā operā, aut hāc meā,
Tibi inventurum esse auxilium argentarium.*
Vet. cod. optimè, *bonā operā, aut malā*. Gulielmus valdè acutē emēdat, & transponit; sed, quātum ego judico, nihil opus hic acumine. *Opera bonā, aut malā*. idem est ac si dixisset, *quo jure, qnā injuriā*. Se-quantur hi duo versūs.

*Atque id futurum unde unde dicam nescio,
Nisi quia futurum est, ita supercilium salit.
Personę heic exciderunt, quas revoco, & scribo.
CA. At id futurum unde? PS. unde dicam nescio.
Ita signat̄ vet. cod. Sc. Exite, agite.
Neque ego homines magis asinos unquam vidi, ita
plagis coste callent.*

*Quos dum ferias, tibi plus noceas, eo enim ingenio
hi sunt flagitribā.*

Vet. cod. sunt *flagricibā*. Quod nō temerè reiculum pronuntiandum. Veteribus. *Ciba* mensa, & *Cibela*. (nam utroque modo efferebant, ut *Turba*, *Turbela*. *Fuga*, *Fugela*. & talia.) quod in *Cibilla* mutavit apud *Varronem I* pro *E* scripto, & *L* geminato, ut mos est supinis librariis. Ergo *Flagricibā* vocantur à Plauto, lepidè conficto vocabulo, flagrorum mensæ; id est, in quorum tergum ita flagra ubertim ingreruntur, ut cœnā dubia in mensam cibi. Aut sim-
pliciter

pliciter *Flagricibā* sunt, qui flagris quodammodo nutriuntur. Si *Flagritribā* retinemus, ita *Vlmitribā* dixit Persa.

*Atque heri ante dixeram omnibus dederamque eas
provincias.*

Vet. cod. *Atque herē*, Dignior Comico nostro *ap-*
xāiōūs. (probo,

Verum ita vos estis perditī, negligētes, ingenio im-
Officium vestrū ut vos malo cogatis commonerier.
Nempe ita animati estis vos. vincite hoc duritiā
ergo, atque me.

Postremus versus ita legendus, ut in vet. cod. est. *ita*
animati estis vos vincere hoc duritiā tergi. Nihil poterat servis flagricibis convenientius dici. Firmat illud quod sequitur.

Nunquam edepol vestrū durius tergum erit, quam
terginum hoc meum.

Sequitur postea, ubi servis singulis opera distribuit.
Vorsa, prasterga, strata, lantaque, coctaque omnia
uti sint.

Valde fallor, aut legendum; *Vorsa, prasterga*. *Prater-*
sa, id est, valdè terfa: ut *Pradives*. *Prapotens*.

Xystilis fac ut animum advortas, quoius amato-
Dynamini domi habent maximam. (res olivi)

In Bas. Par. Taru. & Veneto, *amatores olivinam do-*
mi. Puto verum esse.

————— *quoius amatores*
Olivitam domi, &c.

Nam veteribus *Olivita*, sive *Oliveta* (*E* enim & *I* promiscè scribebant) idem erat quod *Olivetum*: ut *Menda*, *Mendum*. *Testa*, *Testum*. & talia. Ergo erat *Festus*, qui putat esse illud tēpus quo olea col-
lige-

ligeretur, quod tamen *Olivitas* dicebatur. Sc. *Pſenſe dole, non audis.*

CA. *Perii. an nontum Lex me perdidit quina vi cenaria.*

Scribendū *N. duplici, quina vicennaria.* Nam *Vice ni* sunt, si ēxōoī lōv dēdūōv. *Vicennes* vero, ēxōoētēī.

CA. *Quid eō? PS. lanios inde accersam duos cum tintinnabulis.*

Vet cod. *lanios inde accersam duo.* Quod Plauto dignus. Tale est quod sequitur.

Eādē duo greges virgarum inde ulmearū adegero. Est verò dēxaiōv.

Cap. 11.

Simulter. Competi. Per viam eſſe. Albus,
masculinē *Frigdus.* Accius apud Noniū emaculatus. *Progredimino. Prefamino. Famino.*
Hirquina barba in convitio.

Eādem illā scenā.

Exoffabo ego illum ſimiliter itidē ut mūrañ cocuſ.
Vett. coddd. *illum simulter.* Rectissimē, nam veteres *Simul & Simulter* dicebant, ut *Facul, & Faculter.*
Versu ultimo.

CA. *Iam hic faxo aderit. PS. potin' ut abeas?* CA. *ti bi moram dictis creas.*

Vet. cod. PS. *potin' ut abeas?* *tibi moram d.c.* Et certē melius iſta poſtremā Pſedolo etiam convenient. Sc. *Postquam illic.*

Sed quāſi Poēta tabulas cum cepit ſibi,
Quarit quod nūſquam eſt gentium, reperit tamen.
Correveram de conjecturā. *Sed quāſi Poēta, fabulas*

cum

cum cœpit, ſibi Querit, &c. Eteccē in veteribus li bris ita invenio. Sc. De damnosis.

Si ſumus conſpecti, ſive conſilium unquā inivimus De iſtā re,

Certō certius eſt, ſcribendū, *Si ſumus competi.* Ne mō nescit *Competi* pro *Compaſti* dēxaiōv elle.

Sc. *Dii immortales.* Pſedolus lātitia exultans quia accepit ſet ab Harpace epistolam, ita inquit.

Nam ipſa mihi oportunitas non potuit oportunius Advenire, quam hec cavata eſt mihi oportunē epi-

Nam hec allata cornu copia eſt. — (ſtola).

Puto ſecundo verſu legendum, *quam hacc allata eſt.* Ita conjeceram, cū vidi idē viſum fuiffe V. CL. Iusto Lipsio, cui libens reſcribo. Sc. *Dulcia atque.*

Commemini omnia: dic tu modo me quid viſ face re, fac ſciām.

Lego, q.v. *facere, faciam.* Ita erat in veteribus libris.

PH. *Quid iſtic eſt?* CA. *Charinus.* PH. *euge jam ** Lacunam ita ſuppleo ex veteribus libris. PH. *euge jam.* *Charinum volo.* Nihil accommodatius, nam respondet Charinus.

Quin tu, quicquid opus eſt, audacter imperas.
In veteribus quos jam apponam personę malē exciderunt.

CH. *Quid nunc agimus?* PS. *liberam hodiē tuam amicam amplexabere.*

CH. *Egōne?* PS. *tute, ego ipſus, inquam, ſi quidem hoc vivet caput.*

Ita enim ſcriptiſt Plautus. CA. *Egōne?* PS. *tute.* CA. *egōne ipſus?* PS. *inquam, ſi quidem, &c.* Ostēdunt vetetes libri, & locus manifeſtō requirit, qui aliās languidus, & corruptus.

*Nunc liquet, nunc defecatum est, cor mihi nunc
pervium est.*

Malo, ut in veteribus libris invenio, *cor mihi nunc
perviam est*. Nam *Per viam esse nihil est quam Per-
vium esse*: ut, *Ob viam esse*, dicebant veteres pro *Ob-
vium esse*. Sic Aulul Sc. Redi.

— *angulos hic omnis*

*Mearum adiūcū & conclaviū mīhi pervaī facit.
Ergo appetet male interpolatum hunc locum. Sc.
Forum coquinum.*

*Cum hasce herbas hujusmodi in suam alvum con-
gerunt.*

Melius veteres libri, *in suum alvum*. Quod $\alpha\gamma\chi\alpha\eta\delta$
est. Poëta vetus apud Nonium, & Priscianum lib. v.

*Maia nemus retinens gravido concepit in aluo.
Accius Annalibus.*

— *ut quam frigidissimus alnus.*

Sed legendum est metri causa, *frigidissimus*. Veteres
enim dicebant *Frigidus* pro *Frigidus*, ut *Calidus* pro
Calidus. Hinc *Frigidaria* apud Lucilium. Priscia-
nus lib. vi. Sic pro *frigidissimus* habet *fragilissimus*.
Sed hoc agamus. Malculinè etiam aliū extulerunt.
Cato ad filium. *Ex dolore, ex febri, ex medicamina-
bus bibendis, ex cataplasmatis, ex aluo lavando*. Cin-
na in Smyrnā.

At scelus incesto Cinyra crescebat in aluo. Sequ.

Si quō hic gradietur, pariter progredimino.

Lego, *progredimino*, ut est in Lambini editione. Est
autem $\alpha\gamma\chi\alpha\eta\delta$ pro *progreditor*. Sic *Præfamino* apud
Catonem, *Famino* apud Festum. Sc. *Minus malum*.
SY. *Hens tu, qui cum hirquinā astas barbā, respon-
de quod rogo.*

Hinc

Hinc observamus hirquinam baibam pro convitio
objectam olim, ut & apud nos. Apul. Miles. xi. *Qui
pallio, baculoq; & baxeis, & hircino barbitio Philo-
sophum fingeret.*

Cap. III.

*Columna. Cn. Gellii nomen apud Nonium
restitutum. Ejusdem locus. Tam pro tamen.
Nonius & Titinnius correcti. Tame, pro Tam.*

*Q*uoniam Nonii recens facta méto lubet eum
extrā ordinem denuò in partes vocare, non tam
ipsius, quam Cn. Gellii historici vetustissimi caussā,
cujs nomen locusque apud eum corrupta. In *Bu-
bo. Agellius historiarum libro i. Et quod bubo in co-
lumnā adis Iovis sedens conspectus est*. Primo legē-
dum *Cn. Gellius*, de quo historicō dixi in Notis ad
Macrobiū Sat. lib. i. cap. viii. Postcā V. CL. Ni-
colaus Faber legit, *in culmine adis*. Sed nimis rece-
dit à vulgata scribturā. Ego puto verum esse, *in colu-
mā adis*. Dicebant enim veteres *Columna*, *Columnen*,
ut *Ruma*, *Rumen*, *Fruma*, *Frumen*, & alia ad eam
faciem. Iam *Columnen* & *Culmen* esse idem ostendi
in Notis ad Catonē de R.R. cap xv. Nec quisquam
est, qui nesciat. Sed de Gellio, ne fraudem commit-
tam, vidi postmodum etiam eruditissimo Mercero
in mentem venisse. Sc. *Viso quid.*

SI. *Velim quidē hercle. BA. roga me viginti minas.*

Lego metri causā ex vct. cod. *viginti mnas*.

Rectum hoc esse suprà non semel docui. Sc. *Malus*
& *nequam*.

Quem ego hominem nullius coloris novi.

N

Ve-

Veteres codices nulli coloris. Quod ἀγαρικὸν est

Sic huc incessi ludibundus, plaudunt parum, clamant me ut revertar.

Melius veteres codices plaudunt partim. Sc. Vox viri.
BA. Non aedes queso aliquam partem mihi gratiam facere hic argenti?

PS. Novi, me dices avidum esse. nam hoc nunquam eris nummo divitior.

Neque te mei tergi misereret, si hoc non hodie effecissem.

Scribserim tam hoc nunquam. ἀγαρικὸν pro tamen.

Festus. Antiqui Tam etiā pro Tamen usi sunt. Novius.
Qui si taceat dum dicat, tame etiam sciat.

Quid scriptum sit. —

Titinius.

Bene cum facimus, tam male suimus, ut quidem
Perhibent viri. —

Iteim. (simil.

Quoniam estis nibili, tam vobis ea facti consului
Ita illos Novii & Titinius versus restituo apud Fe-
stum: & in Novio quide Tam rescripti metti cau-
sa; ut autem Tam pro Tamen dicebant, ita Tame etiā
pro Tam. Idem Festus docet.

Viro

109
Viro Clarissimo

BONAVENTURAE VULCANIO

IOANNES MEVRSIVS S. D.

Si vacas, V. CL. vide hec ad Paenulum. Si vacas, inquam: Vix enim dubium habeo, quin occupatus valde sis in Pro-
prio tuo, in Glossographō, quos tu Autores egregio publico prelo
adornas. Vitam aliquando ultimam manum imponas, ut ad
nos laborum tuorum redundet fructus. Cede mihi, more tam
longe impatientes sumus omnes Musarum alumni, & tacito
mentis te flagitio verberamus. Tuum itaque erit efficere, ut
quamprimum novitios Bibliothecæ ingenia, scitis in finu tene-
amus, legamus, laudemus. Hoc cura.

N.

P O E N V L V M.

*Mapalia. Liroe. Glossarium emaculatum.
Αρρεσοκλῆς. Σοφοκλῆς. Landicenus.*

Sc. Sæpè ego.

*Sæpè ego res multas tibi mandavi, Milphio.
Dubius, egenas, inopiosas consiliis,
Quas tu sapienter, doctè, cordate, & carè
Mibi redditisti opiparas operâ tua.*

In Venet. & Basil. *Mibi redditisti certas, opiparas
o.t. Rectè. Nam ut opiparas opponit egenis & con-
filiis inopiosis, ita certas dubiis. Itaque sic constituo.*

Mibi redditisti certa' opipara' operâ tua.

Sequitur paullò post.

Gerræ germanæ, atque ad epol lyra lyra.

Veteres quidem codices, liræ, liræ. Sed scribendum
est liræ, liræ. ut Popolæ. Olæ. Privæ. quæ diphthon-
gus calcis illis usitata, ut ex Festo cognoscimus. Iam
verò *Liræ* nihil aliud est quam Græcanicum λύραι.
Manavitque id vocabuli ad Italos ex magnâ Græ-
ciâ. Hinc *Lirare* pro *Ineptire*, & *Delirare*. Nam *De*
in compositionibus auget ut plurimum significa-
tionē, ut annotant Grammatici. Nec est porrò quod
quis rusticorum liras mihi objiciat, unde haec tenus
etymologia quæ sita, nam aliæ eæ otinind ab his.
Sed & *Glossarium* corrigendum obiter hujus loci
occasione. Hodiè ibi vitiosè est. Πλευτὰ, τὰ περισσε-
γίμενα τοῖς τείχεσι μηχανίματα. *Hac erre. Singulare*
non habet. Scribendum. Ha Cerre.

AG.

*AG. At amans per amorem si quid feci, Milphio,
Ignoscere id te mihi aequom est. MI. haud vidi
magis. Sequitur.*

Et ego nunc amore perco, sine te verberem.

Secundo versu melius veteres libri. MI. *Audi ta
magis.*

*Sed Adelphasium exit eccam, atque Anterastilis.
Hec est prior, que meum herum dementem facit.*

*Trāspono. Hec prior est quæ. Pauxilla mutatio mul-
tum addit elegatiæ. Nam vult dicere Adelphasum,
quam priorem nominaverat, amari ab hero suo A-
gorastocle. Porrò Agorastocles, è quæcunq; Comœ-
diâ mutuatus sit Plautus, non alius est quam qui per
convitum aliter Σοφοκλῆς, Latinè *Landicenus* dice-
barur: de quo hominum genere eorumque vocabu-
lis Plinius lib. 11. epist. xiv. ad Maximum. Sc. *Nego-
tii sibi.**

*Nam nos usque ab aurora ad hoc quod diei est
Postquam aurora illuxit, nunquam cessavimus
Ex industria ambæ nunquam concessavimus
Lavari, aut fricari, aut tergeri, aut ornari,
Poliri, expoliri, fangi.*

Si quid indico, secundus versus certè est insititus,
& non à Plauto nostro; nā illa *Postquam aurora ilbu-*
xit, interpretamentum primi verlus sunt: ista verò
nunquam cessavimus, ascripta erant postremis ver-
bis versus sequentis, *nunquam concessavimus*. Hæc
duo glossemata ad oram adnotata, posteà, ut sæpè
factum, conjuncta sunt à quodam, & in textum in-
farcta. Malo jure. Puto neminem non probaturum
hoc judicium meum.

Ag gerundaque aquâ sunt viri duo defessi.

N 3

Vete-

Veteres quidam, ab gerundâque a. Quod prætulerim.

Postremò modus muliebris nullus est.

Neque unquam lavando & fricando scimus

* *Facere * N. m qua elauta est, nisi*

*Perculta est, meo quidem animo, quasi illauta est.
Locum depravatissimum ita corrigo ex veteribus
editionibus.*

————— & fricando sumus

Sature, nam que lauta est nisi

Perculta est, meo q. a. q. invenusta est.

Non poterat melius emendari.

Cap. I I.

*Omne, pro Omni. Læta nūtiantibus vinum
propinabatur. Ohō. Scœnum. Scœnicula mere-
trices. Enam.*

Eādem illā elegantissimā scenā.

Quasi salsa muriatica esse autuman'ur

Sine omni lepore, & sine suavitate,

*Vetus codex, Sine omni lepore. Recte: Omne pro Om-
ni, est æxaiorūs.*

Ml. *Coquulae est quidē Agorastocles, ut ego opinor.*

Scit muriatica ut macerent. AG. quid molesti's?

Augeo, legoque ex vett. libb. Ut ego opinor. AG.

qui dīa?

Ml. *Scit muriatica ut macerent.*

Sequitur.

Ml. *Eçnid gratia, cū huc foras te evocavi? nunc jam*

Me decet conari cado vini veteris.

*Poscit Milphio vinū ab Agorastocle, quod ad tam
jucun-*

jucundum spectaculum eum evocasset, nō secus ac si luctum aliquod nuntium attulisset. Mos autem veteribus vinum læta nuntiantibus propinare, eoque Plautus antiquitatis scientissimus allusit. Sic apud Aristophanem πλάστη Catio servus Plutum recepisse vilum nuntians à Chremyli uxore id efflagitat, his verbis.

Tαχέως ταχέως φέρειν οἶνον ἀδέσποτον ἵνα

Καυτή πίνεις, φιλέις δὲ δεᾶσ' αὐτῷ σφέρα.

Ως ἀγαθὸν λαβόμενον ἀπαντάσι φέρειν.

Scholia stes. *H̄vina ἦν ἐπαγγελία, ἔθετον τίνειν οἶνον.*

AN. *Eamus soror mea. AD. hoc amabo, quid illò
nōnc properas?*

Veteres libri, AD. *ohō amabo.* Quod reiculum non temerè pronuntiavero. *Oho*, ut *Ēhō*. Aut si quid mutandum, *Ohē* erit legendum. Venio jam ad locum maximè insignem.

————— an ibi vis inter istas versarier

Pro sedas, pistorum amicas, reliquias alicarias,

Miseras, cæno delibutas, servilicolas, sordidas?

Veteres libri. *M. seras, schoeno delibutas.* Et ita in Festi Pompeii quoque fragmentis legitur: Sed sine aspiratione scribendū, nam Sabini dicebāt *Scœnum* pro *Cœnum*, ut *Scœlum*, pro *Cœlum*, *Scena*, pro *Cena*, ut ad Amphitruonem annot. vii. Hinc *Obſcœnus*, sceno sive cæno obnoxius: manifestò retentus in compositâ voce Sabiniſmus. Quin immo & hoc argumento effe potest, quod eruditri lectors dictionē æquipollentein, sed uitatiorem notioremque, substituerunt: quomodo plurimos alios æxaiorūs temerè nimis fastulerunt, ut mollirent asperitatem (si Diis placet) Comici nostri, quo ab indoctorioribus

etiam intelligi possit. Iam autē de schœno unguento nugario, quæ Varro profert, & Festus ex eo, itemque Turnebus (ignoscēt mihi manes tantorū virorum) merae nugæ sunt. Sanè ut heic *scœno delibatas*, ita alibi in Comœdiis *lutulentas* & *immundatas* nominat Plautus. Ecce tibi locum unum è Truculentō, qui instar multorum.

Bilita, & lutea est meretrix, nisi qua sapit in vino ad rem suam.

Et Syncerastus de Lenone hāc ipsā Fabulā.

— neque tam luteus, neque tam cœno collitus.

Non verò mirum voce Sabinā eum uti, cū ex Macrobio discamus Romanos multa Tuscorum, Oschorum, Sabinorumque finitimorū vocabula usurpare. Porrò nec hoc silētio prætereundum, pro *Servilicolas*, quod Festi quoq; scđe probant, in veteribus aliquibus editionib⁹ *schœnicolas* legi: sed monui jam omittendam aspiratam. Ita in Clitellariā.

Diabolares, scœnicole, miracule.

Est autem à *Scenum, Sceniculus*. ut ab *Annus, Anniculus*: Videndum itaque ne rectè faciat vir magnus qui *Sceniculus* vult scribendnm, cum planè indifferens sit, nisi quod illud habeat ἀρχαιόδη, siquidē *O pro V* ponebant. Si autem *Servilicolas* cum Festo retinebimus, huc pertinebit versus sequens.

Servulorum sordidulorum scorta diabolaria.

Hæc mea de loco hoc sentētia, quam viri docti ventilabunt. Ad alia proprio.

Ml. Enimvero here facis delicias. AG. de te quidem hac didici omnia.

In veteribus libris erat constanter. *Enim here d. f.* Puto excidisse priscam vocem, quia non intelligetur,

EXERC. CRIT. PARS I. 201
retur, scriboq; hoc modo. *Enam here facis delicias?* Nam veteres *Enam* pro *Etiamne extulisse ex Festi fragmentis cognoscimus.*

Cap. III.

Benus. Compes, pro compos. Helus. Hemo.

Apello. Frons parva in laude. Frontem minuere nimbis solitæ mulieres. Nimbī quā astutia dissimulati. Arnobius emēdatus. *Fasciae coloriseæ*, Isidori sententia explosa.

E Adem scena Adelphasium invidiæ crimiæ amo-
liri à se volens ita inquit.

*Invidia in me nunquam innata est, neque malitia,
mea sōror.* (volo.

Bono ingenio me esse ornatam, quā auro multo ma-
Magis Plautinè veteres editiones, *neg, malitia ma-*
la sōror. Secundo autem versu Baliliensis habet. *Be-*
nno ingenio. Quod non temerè mendum Typogra-
phicum censuerim: certum enim est veteres *Benus*
dixisse pro *Bonus*, ut *Helus, Holus, Hemo, Homo.*
Apello, Apollo: ut ex Festo liquet. *Compes* etiam pro *Compos*, ut ex Prisciano lib. i. Sanè à *Benus* καὶ
ἀναλογίᾳ deducta. *Benignus. Bellus. Benē.* Que va-
lide firmant conjecturam nostram.

*Quam magis asperto, tam magis est nimbata, &
nugæ mere.*

Valdè æstuant heic tam veteres quā recentes. *Nim-*
bis erat fascia frontalis, nam cum frons parua inter
formæ decora reputaretur, ut magnitudinem dissimulare possint nonnullæ formæ studiosæ, nimbis
capit imminuebant. Arnobius lib. ii. *Laminas per-*

tunderent aurium imminuerent frontes nimbis, fuligine oculos obumbrarent. Ita lego, non *limbis*, nam *Limbū* & *Nimbus* differtunt. Et hos ipsos nimbos, tam callidè & tanto artificio dissimulabant, ut ægrè cognosci possent, inde est quod dicat heic Milphio meretrictem quò attentius intueretur, eò magis videri nimbatam. Imbuebat enim colore eodem qui esset capillorum, unde *Fascia colorisea* Oscè à vetero poëta nuncupantur, id est coloriae: quod autem aurum linteo atlūtum dicit Isidorus merenugæ sunt, siquidem eo modo internosci potuissent.

— AD. nos eamus nunc, etiā morare? AG. male facis.

AD. Benè promittis multa. ex multis omnia incassum cadunt.

Liberare me juravisti hanc semel, sed centies.
Dum te exspecto, neque usquam aliam mihi paravi copiam, (hilominus.
Neque istuc usquam appareat, ita nunc servio nisi oror; abscedē tu a me. AG. perii. chō quid agis Milphio? (nitas,

MI. Mea voluptas, mea delitiae, mea vita, mea amans, ocellus, meum labellum, mea salus, meum suavium, (culus caseus,

Meum mel, meū cor, mea colustra, meus molli-

AG. Mene ego illac patiar præsente dici? discrucior miser. (rapi.

Nisi ego illū jubeo quadrigis cursim ad carnificē

MI. Noli, amabo, succensere hero meo causa mea.

AD. Ego faxo: sine. MI. irata es nimium, argentū pro te dabit,

Atque te faciet ut sis civis Attica, atque libera.

AD.

AD. Quin abire finis? quid vis tibi? qui benè volunt, benè visitent. (verax tibi.

MI. Si ante quidem mentitus est, nunc jam dehinc erit

AD. Abscede hinc sis sycophanta. —

Manifestò totus hic locus luxatus: nam ecce secundo versu respondet Adelphalium sapienti tibi promissam libertatem, cuius tamen nūquam antè facta unquam mentio, sed in sequentibus tantum verbis. Restituo pristino ordini, hoc modo:

— AD. nos eamus nunc, etiam morare? AG. male facis.

MI. Noli, amabo, succensere hero meo causa mea.

AD. Ego faxo: sine. MI. irata es nimium. argentū pro te dabit,

Atque te faciet ut sis civis Attica, atque libera.

AD. Benè promittis multa. ex multis omnia incassum cadunt.

Liberare me juravisti hanc semel, sed centies.

Dum te exspecto, neque usquam aliam mihi paravi copiam,

Neq, istuc appetet, ita nūc servio nihilominus.

MI. Si ante quidem mentitus est, nunc jam dehinc erit verax tibi. (nitas;

Mea voluptas, mea delitiae, mea vita, mea amans, ocellus, meum labellum, mea salus, meum suavium. (culus caseus.

Meum mel, meū cor, mea colustra, meus molli-

AG. Mene ego illac patiar præsente dici? discrucior miser. (com rapi,

Nisi ego illum iubeo quadrigis cursim ad carnificē

AD. Quin abire finis? quid vis tibi? qui benè volunt, benè visitent.

I foror.

*I*foror, abscede tu à me. AG. perii! ehò quid agis
Milphio?

AD. *Abscede hinc sis, sycophanta.* —

Abite fungi, emuncte naris Lectorem volo, qui hæc
dijudicet. Secundus versus obſcurus; nō enim rogat
ne propter se hero suo irascatur, sed ne hero iraſca-
tur, idque in suam gratiam faciat. Ita capiendus
omnino. In reliquis omnia jam plana, & rectè ordi-
nata, ex quibus antehac propter trajectiōnem com-
modus sensus elici nullus poterat.

Cap. I I I .

Restim & clavum optare inimicis mos.

*Sorbitium. Agones. Agonia. Inaequius. Fle-
mina. Aetolice tunicae.*

EAdem illà scenā Adelphisium autibus exclu-
dēs blandicella Milphionis verba heri sui Ago-
rastoclis causam agentis, ita eum plena iracundia
affatur. (familia).

*Capias restim, ac te suspendas cum hero ac vostrā.
Nam solebant inimicis restim precari, & clavū cui
se alligarent. In veteri Inscriptione, HIC. STIG-
MATA. AETERNA. ACTE. LIBERTÆ. SCRIPTA. SVNT.
VENENARIÆ. ET. PERFIIDÆ. DOLOSAE. DVRI. PEC-
TORIS. CLAVOM. ET. RESTIM. SPARTEAM. VT. SIBI.
COLLV. ALLIGET. Item in alia.*

ATIMETO. LIB.

CVIVS. DOLO. FILIAM. AMISI. RESTIM. ET.

CLAVOM. VNDE. SIBI. COLLV. ALLIGET.

Sequenti versu Milphio sortem suam deplorans ita
ejulatur.

Hens

EXERC. CRIT. PARS. I. Hem mihi jam video propter te vicitādū sorbillo.
Legendum censeo.

H. m. i. v. propter tete vicitandum sorbitio.

Id est, video omnem mihi vitam in suspiriis ac ge-
mitibus transfigendam, sumta metaphorā à sorben-
tibus, quorum spiritum imitari videtur suspirantes.
Rescripsi autem sorbitio, pro sorbilo sive sorbillo quod
in omnibus codicibus reperti; nam ut *Initium ab
Ineo*, ita *Sorbitium quoque à Sorbo* formatum. In-
venio & Cęciliū usum Hymnide.

— fine

*Suam senectutem ducat utique ad senium sorbitio.
Vide Festum in Senium. Sc. Quid nunc mihi.*

— nunc mihi cautio est,

Ne meā met culpā meo amori objexim moram.

Veteres libri. *Ne meā ipse culpā.* Puto, *Ne meāpse
culpā.* Iudicabis lector. Sc. *Di illum infelicit.*

Nam ego hodiè infelix dis meis iratissimus

Sex agnos immolavi. —

Baf. edit. *Sexagenos immolavi.* Valde suspicor exci-
disse priscam vocē, scribendūq; transpositis leviter
literis. *Sex agones immolavi.* Nam veteribus *Agones*
victimæ, & Agonia hostiæ appellabantur. Isidorus
in Glossis. Agones, victima. Agonia hostia. Vide
Festum, & magnū ejus interpretem. Ios. Scaligerū.
Sed casci illi cum à Græcis accepissent (nam prima
lingua Latina Græca fuit, ut & alibi monui) hanc
vocē, latiū ejus notionem extenderunt, quam ipsi
Græci, qui tantū ea ita vocabat quæ pro mortuis sa-
crificarentur. Suidas. *E τοῖς νερῷσι τὰ ἔνθυμα ἐδυον
τῶν τε πατέρων ὡς ἀγόρα, τὰ δὲ ἔνοχα, τοῖς δεοῖς.* In sa-
cris literis quoque LXX. interpres verterunt *ἀγόρας*
κόστις.

quod quæ mortuis libarentur.

— *victum legioni dedi,*

Fundasque, eò prosternebant folia farferi.

Veteres libri. F. eos prosternebam ut folia farferi.

Quod ut plenius, ita & melius. Sc. Ita me dī.

Ita me dī ament, tardo amico nihil est quicquam iniquius.

Veteres omnes, quicquam inaequius. Quod æxāndō est. Sic dicebant Amacus pro Amicus. Simile mendum memini in Aulularia elucere.

AD. te advocatos melius celeris ducere,

Tardi sumus nos. AG. optimè itis, pessimè hercō dicitis.

Quinetiam deciderint vobis fæmina in talos velim.

AD. At cedepol nos tibi in lumbos linguam, atq; oculos in solum.

Nihil hâc lectio ne inceptius: quomodo enim fæmina ipsa possunt in talos decidere? Cerra correctio mea fæmina in talos. Festus. *Fæmina dicuntur, cum ex labore via sanguis defluit circa talos.* Utitur quaque ipse hic Comicus noster Epidicus, Sc. *Satir' ille.*

Prae *lassitudine invaserunt miserū in genua fæmina.* Invenias etiam apud Tertullianum, & Isidorum in Glossis. Optat veò Plautus ut advocati ita festinarent, ut tandem currendo fatigatis fæmina in talos decident. Sc. *Iam istuc.*

Et ille chlamydatuſ quinā eſt, qui ſequitur procul?

Aetolus haud eſt.

Veteres, qui ſequitur procul *Aetolicā* veste? Quod rectum centeo. Iam *Aetolicam* veltēm intelligit tunicam cui chlamys ſuperinducta. Erant vero *Aetolicæ* tunice oblongæ. Strabo lib. xi. *Kai tlu ē ſh̄ta*

*de tñv A'gmevianñ vēt̄laikñv φασιν, οἰοντες βαδεῖς χε-
λῶν, ὅς καλύπτιν Αἰτωλικὸν εὐ ταῖς τραγῳδίαις, καὶ
ζωννέστι περὶ τὰ σῆδη.*

qm̄o ut ipſe nobis dixit, quò accures magis,

T recentos nummos Philippeos portat præſibi.

Corrigo portat præſibi. Adhæſeat ultima literula principio ſequentis vocis. Vult dicere, eum ſibimet prædem eſſe, nec opus alio habere, cum ſittam bene numimatus.

Cap. v.

*Oculi Antiochi. Mittis. In mundo eſſe. Apo-
nere. Exſyncerastus. Calix. pro Calx. Unus,
pro Quidam. Hispes. Sispes. Mede. Mis-
Tacio. Pacio. Semicinctum. SemiZonari.*

Eadem ſcena.

Ego id quaro hospitium, ubi ego curer mollius,

Quā regi Antiocho oculi curari ſolent.

In Ven. & Bas. erat, *Antiocho curari hospites ſolent.*

In Taru. & Paris. *Q.r. Antiocho curari ſolet.* utraque lectio defendi potest. Sed Lambinus nimis aſtuat,

nec explicare potest. Ego *Oculos* interpreter eos qui in aula Antiochi erant præcipui Suidas. Οφθαλμὸς βασιλέως, ἀντὶ τῷ μέχε δυνάμενος παρὰ βαſιλεῖ. ὅτῳ δὲ ἐνδάλευντες Σατράπας, δι ὃν πάντα ὁ βαſιλεὺς ἐπι-
σχοτεῖ. Hesychius. βαſιλέως ὁφθαλμὸς. ἐπέμπετο τις ὑπὸ βαſιλέως ἐπίσκοπος, ἐς ἐφεωράτο τὰ πρόσωπα, ὅτι τῷ βαſιλέως ὁφθαλμὸν ἐλάλεν. Plenè de his vir-

magnus Barnabas Brissonius in libris de Regno Per-
ſarū, ut indicavit mihi Tiarda meus. Sc. *Quid eſt.*

AG. Si pultem, non recludent. AD. panem frangito.

Tarui-

Taruisinus & Parisiensis, pedem frangito, Basiliensis & Venetus, pede frangito. quod probum, nam Lambinus heic nimis λεπτολογεῖ. Sc. *Suspendant.*

Mitte ad me sodes hodie Adelphasium tuam. Veteres libri, Mittit ad me. Scribo, Mittis ad me. Nam Mittis pro Mittas est ἀρχαιόμος.

Nego, & negando, si quid refert. abnuo. Taruit. avio. Parisientis, animo. Venet. & Bas. aio. quod compendiosè scriptum, animo. valet. Pro animo verd substituo anno. Nihil potest ex istis vestigiis erui vel quod proprius accedat, vel quod Plautino loco convenientius, & lenonis perfidiae.

LY. *Ue vusta etati: AD. id quidem nunc est tua.*
Bas. & Ven. *id quidem in mundo nunc est tua.* Rectissimè, *In mundo esse veteres aliquid dicebant, quod in promptu erat.* Festus. *In mundo dicebant antiqui, cum aliquid in promptu esse volebant intelligi.* Et ipse Plautus non semel utitur in his Comœdiis suis. Sc. *Agetu.*

Verum ita sunt isti nostri divites. Lego ex Bas. & Ven. ita sunt omnes nostri. ut sit plenus senarius. Sc. *Satis spestatum.*

— MI. te volo.
SY. *At onus urget. MI. at tu appone, & resipice ad me.* SY. fecero.

Putem veram lectionem esse, *at tu apone.* Sensus manifestò flagitat. *Aponere, pro Deponere, ut Afrere. Afugere.*

Continuò is me ex Syncerasto crurifagum fecerit. Ven. Bas. & Par. med ex syncerastum fecerit. Ut sit senarius. Rectissimè, nam ludit in nomine suo, dicēs Syncerastum fore Exsyncerastum.

Quin

Quin prius differibit faxo, quā unum calcēciverit. Bas. & Ven. calicem civerit. Rectè. Calix pro Calx est ἀρχαιόν. Sc. *Ain' tu tibi.*

Verum ego hic hospitium habeo, Antidame filium. Quero. commonstrasi novisti Agorastoclem. Lego ex veteribus codicibus,

Verū ego hic unū hospitē habeo e Antidama filiū. Queso commonstres si novisti, Agorastoclem. usurpavit Unum pro Quendam. ut Truculentus, Sc. *Ad fores,*

Sed tandem loquere. qui is est homo Astaphium, unus ne amator?

Et peccant, qui legunt novas ne amator. nam etsi posse ita dicat, non ideo etiam hic. Item Sc. *Hahaha.*

Sed est huic unus servus violentissimus.

Catullus. — tum bellus ille & urbanus.

Suffenus unus caprimulgus, aut fessor

Rufus videtur. —

Arnobius lib. iv. *Contra decus etatis illa Pessinuntia Dyndimene in bubulci unius amplexu flagitosā finigatur appetitione gestire.* Item lib. v. *Etiamne credemus deum numinis tanti tractum esse ad terras, & in verruculā collii unius cum humunculo stantem alterabilem conservisse sermonem?* Porro & hoc monere volui, in Tarvisiano esse, ego hic hispīte unum, unde suspicor ne Plautus scriplerit, hispītem unum: Nam veteres Hispes, pro Hostos efferebant; ut Si spes pro Sospes, quod ex Festo est cognoscere.

Quin mea quoque iste habebit, si quid de me fuat, Corrigo, si quid mede fuat. Nam Mede pro Me dicebant, ut Medecum, pro Mecum. Dixit autem, — O si quid

si quid mede fuat, quomodo Lucilius.

Si quid me fuerit humanitus ut teneatis.

Sc. Quis pultat?

Opinor herc'le bodie, quod ego dixi per jocum,

Id eventurum esse & severum & serium.

Ut hac iryeniantur hodie esse hujus filia.

Secundum versum ita lego, & esse verum & seriu.

Nam tò severum loci heic habere nihil potest. Sic

verò & serio solet conjungere. Sc. Fuit hodie.

*— da diem hunc sospitem quo*ſo

Rebus meis agundis, quibus annos multos carui.

Veteres omnes, Rebus mis agundis. Optimè Græci-

mus est, & archaiimus, nam Mis veteres secundo

casu ab Ego inflectebant.

Nunc bani mihi di dant, vobis, vostra que matri.

Rescribo ex veteribus, di danunt.

Sc. Si ego.

Si ego minam non ultus fuero probè quam lenoni
dedi.

Lego ex Bas. & Ven. Si ego mniam. Quod quomodo
dictum sit suprà non semel ostendimus.

nihil ad te attinct.

Quid tibi hanc digito tattio est?

In Taruisi, eod. erat, *tatio est.* quod etsi corruptum
est, suspicionem tamén injicit excidisse vocem an-
tiquam, *tacio est.* Nam *Tacio* à *exāindr* est pro *Tat-*
tio, à *Taco*, sive *Tago*, quod pro *Tango* veteres ef-
ferebant: manet ejus *ἀρχαῖον* vestigium in voce
composita *Contago*. Sic *Pacio* etiam pro *Patio*, à
Paco sive *Pago*, quod postea *Pango*. Festus. *Pacio-*
nem antiqui dicebant, quia nunc passionem di-
gimus.

O

De-

Deglupta manus, Sarapis senicinctum,
Mastruga. —

Lego, semicinctum. Isidorus Origin.lib.xix. cap.
xxxiii. *Cinctus est lata Zona, & minus lata Semi-*
cinctum, & utrisque minima Cingulum. Petronius.
Inclusus ego suspendio vitam finire constitui: & jam
semicinctio stanti ad parietem sponda me unixeram,
cervicesq; nodo condebam. Horum confectores Se-
mizonarii dicti. Aulul. Sc. *Narravi amicis.*

Strophiarii astant, astant semizonarii.

AD

P E R S A M.

Cap. I.

*Pri. Priceps. Albus paries, proverbium. Tu-
resea. Magis. Fortuna Seia. Colorese fascio-
le. Fructesea. Scaphium. Allium & sal ser-
rum pauperumque cibus. Sudiculum. Πλάκα
τιάμος Atheniensium.*

SCENĀ primore in ipso principio mirum, nisi inē-
dum aliquid latet, quod tamen nō omnibus
apparet, faciam tamē attētus mecum consideranti
non difficuler appareat, & ē latibulo protrahatur.

*Qui amans egens ingressus est princeps in amoris
vias,*

Superavit ærumnis is suis erumnas Herculis.

Nam cur, quoſo, maiores ærumnas exantlavit qui
primus amoris vias ingressus est egens, quām cāte-
ri qui post eum idem fecerunt? Dicam quod sentio:
ἀρχαῖος μῆνες ignoratio loco corrumpendo fuit, nam
veteres ut *Pri pro Pra*, ita *Priceps pro Preceps* effe-
rebant. Legendū itaque erit, *ingressus est princeps
in amoris vias*. Præcipites autem feruntur amatores
pauperes, & velut in baratrum quoddam, vel, ut
Apuleius loquitur, profundam amoris foveam de-
merguntur: multò magis quam divites, cùm vix sit
spes amore suo potiundi. Iam *Pri pro Pra* dixisse
apertè testatur Festus. *Privignus dictus, quod antequā
mater secundo nuberet est progenitus: pri enim antiqui
pro pra dixerunt*. Porro ab eodem hoc archaismo

Vitio Clarissimo.

PAVLLO MERVLAE

IOANNES MEVRSIUS S. D.

Dubitabam serid, *Vix Clariss.* an ad Plautinū hec avocare
te auderem in totius mundi Annaliūque nostri seculi de-
scriptione occupatum. Tum etiam, quia sordere tibi jam hac le-
via scirem. Quid tamen in iis ipsis possum, & quem gradum in
Criticā palestrā p̄fperare debeas, satis Ennio tuo edito declarā-
fi, nos intelleximus. Queso te, si quando à gravioribus tuis flu-
diis otium querens respirab̄, hec mca examina: in quibus si
errasse cōperies, excubabit me etas adhuc tenera judicium im-
becillum, ratiō certa bonos Auctores emendandi nondum ni-
mis nota, quam à te Criticē & Antiquaria Rei in Academiā
noſtri Batarā Dicitatore aridē exp̄p̄cto. Vide autem, Muſa-
rum alumnis Libellum De Lātinos Auctores emandan-
di ratione, p̄ſtantem ingenii ſextum, liberaliter dones, at-
que id primo quoque tempore. Noſti illud. Bis dat, qui cirò
dat. Et hoc alterum Publī.

Pars beneficii est, quod petitur si citō neges.

Sed tu negare non potes: debes enim, quia promiſſi. Matura
itaque, ne, ut *Iurū noſtri phras̄ utar, minus ſolvas. Niſi facis,*
vide quam audax ſim, occinam tibi ſiſuc, quod hominibus im-
muniſci olim ſolebat.

Quod habes, ne habeas: & illud quod nunc nō ha-
bes, habeas malum.

Elecebra erunt, ſi forſe, pacule ha in Persā Plauti emendatio-
nēs.

Prior. Prior. Primus. Primū. Pristinum. Sc. Veterē.

Qui hic albo rete aliena oppugnant bona.

Veteres libri; *albo pariete*. Legerim, *albo ariete*, Sed cur *albo*? Quærendum amplius An *Albus* paries dolum & fallaciam significat latetem sub aliquâ honesti specie? Sanè D. Paulus literarum secularium peritisimus, atque in poëtarū scriptis versatissimus, ita loquitur in Actis Apost. cap. xxiiii. Ananiæ contumelias amoliri volés: fortè ex hoc Plauti loco, aut quia ita Hebræis in phrasi esset. Sc. Qmnm rem.

Quasi jurcam esse jus decet collyricum.

In veteribus erat, *Quasi jure fē amesse*. Corrigo. *Quasi juream esse*. Nā Iuresea pro Iurea Oscē prouinquit Toxilus servus: Sic illi *Mæsus* sive *Mæsus* pro *Mains* dicebant. Et fructuum dea *Fruitea*, quasi *Fruitea*, apud Augustinum de Civit. Dei lib. iv. cap. xxii. Etsi non ignorem virum magnum ibi legere *Fruti Seiam*, quod rectum esse non potest. Nam *Seia* nō erat Venetis, sed Fortunæ cognomen, ut cognoscimus ex vetere Inscriptione, in quā ita legitur,

SIEIÆ. FORTVNÆ. AVG.

Item ex Plinio lib. xxxvi. cap. xxii. qui eam à Servio rege sacratam memorat. Eodem modo *Coloresea fasciola* fuerat apud veterem quandam Scriptorem, cuius nomen quod ignoremus, factum est comitate Pauli qui Festi aureos libros tam infunxit mutilavit. Sequitur paullò post.

Ampullam strigilim, scaphium, soccos, pallium.
Lambinus etuditissimus *Scaphium* vas vinarium interpretatur: potuisse etiam magulam. ulpianus

D. De

D. *De auro, jargento, mundo. L. Quintus Mutius.*
xvii. Argento legato non puto ventris, canis à habita
scaphia contineri: Sc. Iovi opulento.

Nam id demum lepidum est, triparcos homines, ve-
tulos, avidos, aridos

Benè admordere, qui salinum servo obsignat cū sale.
Cur salinum cum sale? Inepta τυτολογία. Lego ex veteribus libris, qui *allium* servod obsignant. Nam *allium* & *sal* cibus erat pauperum servorumq.: *Iu-*
venalis Sat. iii.

— quis tecum sestile porrū
Sutor, & elixi veruecis labra comedit?
Persius Sat. iv.

— tunicatum cum sale mordens

Cæpe: —

Huc pertinet locus è Mostellariâ Act. i. Sc. i. ubi Grumio conservo Tramioni allii olorē exprobanti sibi ita respondet.

Non omnes possunt olera unguenta exotica,
Si tu oles: neque superior, quam herus, accumbere:
Neque tam facetis, quam tu vivis, viciibus.

Tibi tu istos habeas turtures, pisces, aves.

Sine me allato fungi fortunas meas.

Sc. Curate.

Scortorum liberator subiculum flagri.

Putem, *sudiculum flagri*. Nam *Sudiculum* antiquis flagelli genus erat, quod ex Paulo Festi mutilatore cognoscimus, cuius ea verba. *Sudiculum* genus fla-
gelli quod vapulantes sudantes facit. Sed sudor ille fanguis erat, itaq; facetè id nomen flagello impositum. Vocab autem *Sudiculum* flagri lepidè, ut est pater omnium leporum hic noster Comicus, tan-

quam ipse flagra flagellaret, non flagellaretur: eodem modo *Flagritribas & Ulmitribas* appellavit. Sc. *Cui homini.*

Operam atque hospitium ego isti præberi volo.

Veteres libri præhiberi volo. Quod magis Plautum. Sc. *Satin' Athenæ.*

DO. *Etiā opinor.* TO. *etiam opinor?* DO. *summo genere esse arbitror.*

Malim. DO. *Eman opinor.* ut est in veteribus editionibus. Ad quod Responderet Toxilus. *Etiā opinor?* dicens.

SA. *Facias ita ut te velle videam, ut emas, habe trecentis minis.*

DO. *Nimium est.* SA. *octoginta.* DO. *nimum est.*

SA. *nummus abesse hinc non potest,*

Quid nunc dicam. DO. quid id est? ergo eloquere attūtum, atque indica.

SA. *Tuo periculo hac sexaginta datur argenti minis.* Legō ex veteribus codicibus. *ut emas, habe tibi centum minis.* Rectū hoc esse inde appetet, quod Dordalo lenone nimium id esse dicitātē octaginta dicat: nam aliās nimis esset absurdum à trecentis statim ad octoginta descendere. Falsi autem sunt sequentibus illis Toxili verbis.

Abi, argentum effer huc.

Non edepol minis trecentis cara'st, fecisti lucri. Quæ acceperunt tanquam negaret tanti esse pretiū, cum potius velit dicere majoris esse, nec trecentas minas id posse æquare. Eadem phrasis Pseudolo, Sc. *Dī immortalis.*

Dī immortalis, ærichalco contrà carnum non fuit

Meū mēdaciū, hic modo quid subito cōmentus fui.

Si rectè advertissent, non hoc cōmisissent. Sc. *Hostibus viētis.* (volo, primum)

Statuite hic lectulos, ponite hic que assolēt. hic statui
Unde ego omnes hilares, ludenteis, latificanteis fa-
ciam, ut fiant aliquā mihi. (effieri.)

Quorū hæc mihi facilia facta sunt, qua volui
Affentior Viro Nob. Iano Douſe legenti, lubentes.
Porrò in veteribus erat.

— *hic statui volo primum.*

Aquilam mihi. —

Delentque ista aliquā mihi, quæ leguntur in secundō versu. Sanè rectè! nam cum ad convivium illos invitarer, lectulosque in quibus accumbentem ponijuberet, appositè etiam aquilam, sive aquulam fligit manibus. Sc. *Qui sunt.*

— *DO. hei nates peryllit.*

PÆ. *Licet, diu sāpē sunt expuncte.*

Non videtur hunc locū intellexisse Labinus, in quo manifestò ad Atheniensium παρετιλμὸν respectum est. De eo sic Suidas. Παρετίλλεται, διασέτεται, τὰς τεχας Β πρωτίς διασέτεται. ἀντη γδ ὁνειδο δίκη τοῖς μοιχοῖς. ἀπορεφανίδωσις καὶ παρατιλμὸς τοῖς πέντοις. οἱ δὲ πλευτοὶ χρήματα ἀπελύοντο. οἱ δὲ ἀπορεύτες μὴ δυνάμενοι χρήματα λυτρώσει τὴν φυγὴν, δημοσίᾳ τῷ πατέρᾳ ἐπαγόν. Aristophanes πλέτω.

οἱ δὲ ἀλέας γε μοιχοῖς διὰ σέ τας παρετίλλεται.

Scholia stes. ἐδιθη ἦν τὸ ἀλόντα μοιχείας παρετίλλεται ἵνα δέ τις ἀργύρευον ποινής λυθῇ. παρετίλλεται τὸν, διασέτεται. τὰς τεχας Β πρωτάτη τίλλεται. ἀντη γδ ὁνειδο δίκη τοῖς μοιχοῖς πέντοις παρεφανίδωσις καὶ παρετιλμὸς. οἱ γαρ πλευτοὶ χρήματα παρέχοντες ἀπελύοντο.

AD

R V D E N T E M.

Cap. I.

Tectum illustrior. Fēstra. Im. Auxilla. Extar. Charisius restitutus, & Glossarius.

In ipso Argumento.

Reti pīscator de mari extraxit vidūlum.

Veteres quidam. *Rete p. quod ἀρχαῖδε.* Act. I. Scil. conqueritur tempestatem Sceparnio quæ præterita nocte fuerat, villa tegulas disiectas narrans.

Ita omnes de tecto deturbavit tegulas,

Illustrioris fecit, fenestrasq; indidit.

Magna ineptia! quomodo enim tegulae reddi possunt illustriores? itaque Lambinus recte suspectum vitii locum habet, sed medelâ tamen nullam commodam exhibere potest. Legendum *Illustrioris* fecit. Nam *Tectum illustrior eleganti* ἀπόχαιρω dixit: quia vetustissimi etiam neutra in *Or* efferebant, teste Prisciano lib. vii. Claudio Quadrigarius viii. Annal. *Qui prior bellum*; quod cum his gestum erat, meminissent. Et alibi eodem libro. *Ubi decreuerunt, commemorant Graccho fœdus prior Pōmpējanum non esse servatū.* Valerius Antias vi. Annal. *Hoc Senatus consultum prior factum est.* Cassius quoque Hemina Annalem suum quartū hoc titulo inscriptis. *Bellum Punicum posterior.* Sic ipse hic noster Comicus *argentum melior extremā Trūculento.*

ST. *Hē tibi talentū argenti, Philippicū est, tene tibi.*
PH. *Tanto melior.*

Porro

Clarissimo Viro.

I A N O G R V T E R O

IOANNES MEVRSIUS S. D.

AFfirmo tibi, eruditissime Grutere, fessus gravioribus studiis, nusquam recreandi animi libentius divisor, quam ad Plauti Fabulus, quarum me lepores valde capiunt, valde sales, adeò illi quidem sciti, ut non injuria colletios dicas in eo mari ex quo orta Venus. Irascor itaque serid verieciibus istis de schola Tullii, qui nihil elegans putant, quām quod IPSE dixit, aut scripsit. Misericordi quomodo erant locuturi, quomodo scripturi, si Cicero non fuisset? Vt inam horū minus larga ubique in Academiis esset seges. Ferendum autem, eoꝝ magis, quod etiam Athenis olim plurimæ nobis. Tu, Grutere, tam corneam fibram non habes, saniusque sapis, & si quisquam, Plaustrum æstimas. Matre isto iudicio, atque dum eum adornas mea hec vide: fortes iuvabunt, aut laborem minuent, castigationem certè tuam merebuntur.

Porrò putem & alium heic $\delta\epsilon\chi\alpha\mu\nu$ excidisse, legendumque festrasque indidit. ut sit rotundus senarius. Veteres autem Festra pro Fenestra dicebāt, ut ex Festo cognoscimus. Irrepsit verò, ut solet, glossa in locum explicati. Sc. Et vos à vostris.

*Peculiosum eum esse decet servum, & probum,
Quem hero praesente prætrebat oratio.*

In veteribus erat. *Peculiosum esse d.s. & improbum.* unde adducor ut credam, & *improbum*, scriptum faisse. *Impro Eum* $\delta\pi\chi\alpha\mu\nu$ esse exFesto scimus. Sed melius est ut *improbum* retineamus, nam sequitur.

Aut qui inclementer dicat homini libero.

Quodque magis confirmat responsio Sceparnionis, quem dicto perstrinxerat.

*Et impudicum & impudentem hominem addebet
Molestem ultrò advenire ad alienam domum,
Cui debeatur nihil.* —————

Sequitur paullò post.

————— *semper petunt*

Aut aulam extare, aut aliquid, quid verbis opus sit? Parisiensis, *Aut auxilliam extarem.* Festus. *Auxilla, olla parvula.* Nec tamē priorem lectionem furcillo, quam scio etiam Prisciani, & aliorum veterum codicūm autoritate niti: Porrò quam heic aulam extarā nominat Plautus, ea uno verbo *Extar* dicebatur. Glossæ. *Extar, olla ubi offa coquuntur.* Sed legēduni, *ubi est a coquuntur.* Scribebant *esta* pro exta librarii, inde loco corruptela. Sed & Charisius occasione hāc restituendus lib. i. Hodie legitur. *Omnia que ar syllabā terminantur neutralia sunt, ut exemplar, instar, jubar, extar, de alginōv ἀγγελον, lacunar, & similia.* Scribendum, extar, lucar, de alginōv

$\alpha\gamma\mu$

$\alpha\gamma\mu$ Et quis scit an non etiam $\tau\pi$ extar explicatio ibi, & alia quedam desiderentur. Nihil heic possumus statuere sine ope manuscriptorum codicūm, quorum nobis copia non est.

*Cererem te melius quam Venerem sectarier,
Amorem hac curat, tritico curat seres.*

Valdè vereor ut scriplerit Comicus, *Amori hac curat*, quod posteriori membro accommodatius, & se dignius multò; nam veteres non aliter efferebant nisi cum dativo $\tau\pi$ *Curo pro* $\epsilon\pi\pi\pi\pi\pi\pi$. Sc. *Nimis hominum.*

————— *nam quid habebunt sibi igitur impii
Posthac, si ad hunc modum est innoxii honor
Apud vos? nam me si sciam fecisse*

Ant parentis scelestē, nimis me miseret.

Lego. *Apud vos? vos nam me.* Nam repeti debet illa vox. Expostulat cū diis Palæstra hanc sibi ætumannam pro pietate suā dari, dicens quid malis fiet, si ita bonis & innoxii facitis? nam si sciam me vos aut parentes male fecisse, mereri me hæc fatebor. Sic paullò antè dixit.

*Nam hoc mihi haud labori est labore hūc potiri,
Si erga parentem aut deos me impianui.*

Deinde haud multò post.

Hoc quod induita sum summa opes oppido.

Nec cibo nec loco tēta quo sim scio:

Quæ mihi est spes, quæ me nunc velim vivere.

Emendo, nec cibom, nec locum tēta q. s. f. Dicit autē locum quo tēta sim. quomodo Arnobius lib. i. *Nūc quid machine hujus & molis, quæ universi tegimur & continemur inclusi, &c. & lib. iii. Item Minutius Octavio. Sed verba non adscribo.*

Sola terræ. Preces precari, expetessere. Herclē-an. Ancæi poculum. Forsit. Didymus & Horatius restituti. Efit. Escit. Superescit.

Mirum ni ille locus mendo obnoxius. Sc. *Quid mihi melius, ubi Ampelisca neminem invenire se conqueritur à quo de viâ & loco regionis certior fieri possit. Ista verba ejus.*

Neque magis sola terra sola sunt, quam haec loca, atque haec regiones.

Aut fallor, aut, *sola terra sola sunt*, legendum erit. Nam *Sola terræ veteres appellabāt*, ea quæ pedibus calcabantur. Varro de L.L. lib. iv. *Igitur terra teria, & ab eo poëta appellârunt summa terra, qua solo (ut emendavit recte Scaliger) teri possunt, Sola terra.* Ennius apud Festum.

*Tarquinio dedit imperium simul, & sola regni.
Idem ibidem*

*Sed sola terrarum postquam permensa parumperi.
Catullus in Carmine de Atyde.*

*Etiam recente terra sola sanguine maculans.
Arnob. lib. ii. Excavare alia telluris sola, & in fossilibus foeyis tutamina sibimet & cubilia preparare.
Nemelianus.*

*— ducitq; per avia, quâ sola numquam
Trita rotis.*

Prudentius Contrà Symm. lib. ii.

*— interius spargit sola picta rubenti
Flore pudicitia pudor almus, & atria servat.
Sc. Qui sunt.*

Qui

Qui sunt qui à patronâ paces meâ expetessunt.

Veteres libri conitanter habent, preces meâ: quæ non temerè Lambinianæ conjecturæ præferebāt. Sic *Preces precari* apud Catonem cap. cxxxiv. *Iane pater, te hæc strue commovendâ bonas preces precor, ut si sies volens propitius mihi.* Sane *Preces precari*, vel, Plautino verbo, *expetessere*, id est quod nostro idomate proferimus, *Cenobie begeeren.* Sc. *Intellego.*

— perit potando opinor,

Neptunus magnis poculis hæc nocte eum invitavit.

Credo herclē Anancæ datum quod biberet.

Turnebus interpretatur poculū vrnale, ab ἀνάγκη quæ urna judicialis vel elepsydra, teste Hesychio. Sed mihi mens super hoc longè alia. Censeo enim scribendum. *Credo herclean Anacei datum.* Veteres enim *Herclē, Herclē-an* efferebāt per νφεν. ut *Fors, Fors-an, Forte, Forte-an, Forsit, Forsit-an.* Iam *Anacei poculum ultimum* interpretor, post quod anima efflaverit. Ergo vult dicere: Neptunus lenone inuitavit hæc nocte magnis poculis, & credo eum jam ultimum bibisse, id est, suffocatum esse. Eleganter vero *Anacei poculum.* Audi rem omnem ex Didymo ad Odyll. xxii. Αγκαῖος ὁ ποσειδᾶνος καὶ ἀσυνταξίας σάριος ὁ τὸ γένος, ἔχων δικτύων ἀπὸ κρήτης ἐκέλουσεν αὐτῷ ποτὸν περσφέρεν πίνειν, εἰσπόντος δὲ αὐτῷ ὡς ἐμνήστας πιεῖν διεν ἀποτελοῦ τυγχάνειν. αὐτὸς δὲ αγκαῖος κατακερτούσας τὸς δεράποντας (emendo τὸν δεράποντα) ἔλαβε τὴν κύλικα, καὶ προσέδετο. λέξας δὲ ἐπείνειν

πυλὺ μεταξὺ πέτει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρα
ἄφρια συνέει χρῆμα σὺνδε μεγάλω ἐπιβαρῆσαι τοῖς Φαρ-
ναῖς χαρίσις, ἀκέσαντα δὲ αὐτὸν ἐπὶ τῶν χειλῶν τὴν κύλικα
κατα-

καταδεῖναι, καὶ δραμεῖν ὡς τὸν ἄγειον ἐν, συμβαλόντα δὲ τῷ κάπερ τελευτῆσαι. In veteribus libris erat, *Credo herclē anando ei daturum.* Ex quibus vestigiis satis apparet Ancæ legendum. Porro suprà annotavi (obiter & id heic monendum arbitror) veteres *Forſit* dixisse. Invenio ecce apud Horatium Sat lib. i.

*Dissimile hoc illi est, quia non ut forſit honorem
Iare mihi invideat quivis:*

Nam malebodiè est in vulgatis editionibus *forſan.* Non aliter citat eruditiss. Grammaticus Priscianus lib. xv. Hæc scripsoram, cum certior factus sum, jam ante me hoc monuisse in Novis suis eruditissimū virū Gulielmum Canterum, cui libens rescribo, ut & aliis quibuscumque, si quid hic in meis scriptis invenietur, quod illi priores notarūt. Sc. *Qui homo.*

*Ædepol libertas lepida es, quæ nunquam pedem
Voluisti in navem cum Hercule una imponere.*

Quæ hec libertas quæ cù Hercule noluit navigare? Nugamenta mera. Lego ex veteribus. *in navem
mecum herclē unā imponere.* Iocatur adhuc leno in miseria sua, dicens se mendicum factum, amisisseque, omnes fortunas suas naufragio, præter libertatem, quæ secum pedem navim inferre noluerat. Hæc vera hujus loci sententia. Sc. *Nunc id est.*

PA. *O salutis meæ ſpes.* TR. tace, ac bono animo es.

M' vide. PA. si modo id liceat, vis ne oppri-
mat.

Que vis, vim mihi afferam ipſa, adigit. TR. ab
define, nimis inepta es.

Tertio versu personæ exciderunt, quas ita restituo.

TR. *Quæ vis?* PA. *vim mihi afferam, ipſa adigit.*

Quomodo etiam in veteribus postea inveni.

TR.

TR. Sedete hic modo, ego hinc vos tamē tutabor, arans
habete hanc

Vobis pro castris mania hinc ego vos defensabo,

Præſidio Veneris malitia lenonis contrā incedam.

Locus valdè difficultis, & intricatus, ideoque nō im-
merito æstuat Lambinus in explicando. Emendo
ex veteribus libris voce unā detracta; *pro castris,*
mania hinc ego defensabo. Habete, inquit, aram hanc
pro castris, ego castrorum iltorum mania hinc de-
fensabo: nam alia sunt castra, alia mania ipsorum;
quæ tamen confusa videmus quantas hec turbas
excitatint, quantas obscuritates loco objecerint.

*Æquum hasce petere intelligo, decet ab te id im-
petrari.*

In Taruiſino erat, patere intelligo. Unde suspicari
libet pacere Plautum ἀρχαινῶς scribisse, pro *Pa-*
cifici. Sc. *Exi è fano.*

DAE maximo malo suo, (est abi.

Si attigerit, sive occerptas sit. TR. Cura: DA. curatū
Scribo, curatum est, abi. Nam *Eſit prp Erit, ἀσχαινῶ*
est. In Legg. xii. Tabul. AST B I CVSTOS NEC ESIT.

Item *Eſcit dicebant*, ut ex Festo cognoscimus, &
Supereſcit, pro *Supererit.* Sc. *Utrum tu leno.*

DAE. q̄ dum Turbalio, atque curriculo affer huc.

Duas clavas. LA. clavas? DAE. *probas: propera*
cito.

Scribe meo periculo, properè cito. Vide quæ ad Au-
lulariam cap. ii, & Cittellariam cap. iii.

— ni iſtis iſtunc inuitassisit,

Usque adeo donec quæ domum abeat nesciat,
Periſtis ambo. —

In veteribus invenio; iſtunc exoculassisit. Quod pre-
P tule-

tulerim: Actum est, inquit, vobiscum, nisi oculos et
excritis, ut dominum ire nesciat excectatus. Ita super-
iore scena.

*Vos adeo, ubi ego innuero vobis, si ne ei caput exocu-
laffitus,* (ciam.

Quasi mureta juncis, itē ego vos virgis circumyin-

Cap. III.

Collus. Exurgere. Cauderū. Mi parentes.
Rudens aucta. φάσκωλον. φάσκώλιον. *Pasce-
tus. Scortea.*

Sc. Meamne.

¶ Illic in columbum credo leno vertitur.

Nam in columbari collum hand mulio post erit.

Scribo ex authoritate Pisciani *collus hand*, &c. nā
ille ita citat lib. v. Restituitus quoque rūndē hunc
ἀξαιρόν Amphitruoni ex Nonio. Sc. *Hecus mane.*

*Ego jam hic te, itidem quasi penicillus novos exur-
geri solet;* (est.

Nihunc amittis, exugebo quicquid humoris tibi
Lego, exurgebo quicquid. Sentus horū duorum ver-
suum. Ego te quasi penicillum exurgebo. *Exurgere*
vox veteribū usitata, legiturque in Festi Pompeii
schedis. *Exurgentēs, exprimentēs.* Lepidē verò Gri-
po minatur Trachalio, id quod locupletioribus fa-
ciebat Vespasianus, quibus pro spongiis dicebatur
uti: ut est apud Suetonium in vita ejus, cap. xv. Sc.
Serio edepol.

Cistellam istic inesse oportet caudean in isto vidulo.
Legitur hic versus etiam paullò post. Porrò apud
Festum est *Candecam*, & *Cauderam*: unde certa con-
jectura

fectura est, Cauderā scribisſe Plautū. Veteres enim
Caudēus, Cauderū dicebāt; ut Blīteus, Blīterus. La-
neus, Lanerū. Querēus, Quercerus. Sequitur mox.

— DÆ. placet,

*Ius merum oras, meo quidem animo. TR. at meo
hercē **

Defectus suspectum habent hunc locum, non ta-
men ego: scribendū, ut est in veteribus. ac meo. Sen-
sus perfectus.

¶ Ita est, ô mei parentes, hic vos conclusos gero.

Melius veteres libri, ô mi parentes. Qui est elegans
ἀρχαῖος, à quo nec alibi abstinuit.

PA. *Sunt crepundia. DÆ. ecca video. GR. perii in
primo prælio.*

DÆ. *Mane, ne ostenderis; quā facie sunt? responde
ex ordine.*

Personas ita constituo. GR. *perii in primo prælio.*

Mane, ne ostenderis. DÆ. quā facie sunt?

Nam melius illa Gripo quam Dæmonæ seni adtri-
buuntur. Sc. *Aliquando osculando.*

— DÆ. licet.

Hercules illum infelicet cum sua licentia,

¶ Ita meas replevit aures. quicquid memorabā, licet.

Restituo duos istos versus integros Trachalionis
personæ, cui ipse Plautus olim assignaverat: nam
Dæmones ad omnia ejus nihil nisi *Licet* responde-
bat, ut videre est. Hoc mihi in mentem venerat, cū
libros inspiciens conjecturam meam eorum aucto-
ritate firmari cognovi animo libentissimo. Sc. *Nun-
quam edepol.*

*¶ Preterea centum denaria Philippæ in pasceolo
scorsus.*

Viro Eruditissimo

P E T R O B E R T I O

Pro-Regente Collegii Theologici

Ill. DD. Ordd. & Philosophiae
Moralis Professori.

IOANNES MEVRSIUS S. D.

Qui vetera vocabula, et temporis injuria desita, de Latio exigunt, non quidem ego illos sapientes negaverim, Vir eruanus, facere tamen minus sapienter ait; quod olim à Demodoco in Milesios dictum. Vide per vestitatem judicium nostrum. Qui vino utuntur vetere sapientes putamus, qui vocabulis, eos exzaiis nominamus. Misella certè vocabula! quam se nova aliquia metamorphosi vinum esse velint! Sed curà jocum, audi seriam vocem. Si ita volvimus omnino, age, jugulemus una operâ casüs istos omnes, quorum nos verba non tam temere damnare debemus, cum antiquitatem veneratione maximâ prosequamur. Neque rideenda protinus que dissimilia, aut nihil ad hodiernum ævum usumque; que cognita etiam suum habent fructum. Et quis tandem sanus spondebit, ista hac, quibus nos utimur, ut edecimata illis esse præferenda? que poterit ratio dari? nisi, quia nos has impolicias facimus; bellâ Censores! Fit ergo illud Poëta.

Sic volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas.

Vetus est adagium. Quem puerum vidissi formosum, hunc videt deformem in senectu. Non a iter vocabula, que jam malam illam et senectam etatem agunt, ideoque deformia: tamen elegancia existimamus, quia amamus. Sic simile quoque catulos suos, cum nihilominus formâ sine maxime turpi. Considera mihi Romuli nepotes qui hoæ, et eorum idioæ: contendere cum ævo isto quod laudent. Profecto, si tempus omnia expolit, et cultior reddit, neceße est hoc isti anteponamus: quod non faciemus, si cerebrum habemus. Reclit et verè Flaccus.

Damnosa quid non imminuit dies?

*E*t nos veteres in ordinem redigere audebimus? *C*onsistat mo-
dò mundus, & devoluantur aliquantum tempora, quid futu-
ros censemus natorum natos? retinebunt, credo, laudabunq;
ea ipsa quæ nos? nihil magis quam nos ista, quæ tanquam ab
Euandro petita cum Favörino & Avieno ridemus, aut cum
C. Cæsare tanquam scopulos vitamus. Reftius itaque feceri-
mus, si in hoc ævo sequamur hoc ævum (quis enim Dicitor
mutet?) absque injuriâ tamè & contumeliam ullâ veterum: id
est, scientiam nobis servemus, usum populo concedamus, quod
aiebat Cicero. Hæc in Plantis gratiam dicta sunt, cuius hic
causa vertitur. Ad ejus Stichum hæc paucula quæ nota vi,
judicio tuo submittio. Si placebunt, erit cur gaudeam: si au-
tem, facies illis quod Volusii Annalibus Catulli pueria minata
quondam. Virum vis eveniet, consecutus fuero quod volui.

A D

STICHVM.

Cap. I.

Catonis vulgata lectio adserita. *Arna.*
Tarna. Lucu.

IN ipso Stichi principio negotium magnum ex-
hibetur Mureto & Gulielmio.

Credo ego miseram fuisse Penelopam soror,
Suo ex animo, qua tamdiu viro suo
Caruit. nam nos ejus animum de nostris factis
Noscimus. —

Alter rò factis expungit, alter facil restituit. Laudo
utriusque acumen, & conatum, sed nihil ultra: nisi
me amo, veteram lectionem inveni.

Nam nos ejus animum de nostris factis
Noscimus. —

Considera mihi sonum & ductum literarum, vide-
bis, si non rectè emendasse, at saltem à vestigiis istis
minimè aberrasse.

Sed hic mea soror, ad sis, dum multa volo tecum.
Loqui de re viri. —

Ita interpungo soror, ad sis dum, multa &c. Atq; non
aliter videre est in veteribus libris. Sc. *Qui manet.*

Gratiæ a patre si petimus, spheræ ab eo impetrassere.
Scribēdum, impetrassere, ut suprà abunde jam mo-
nuimus. Sc. *Famem fuisse.*

Quæ inter continuum perdidì triennium.
Quæ verba efficiunt ut rectè censem jam habere
ista Catonis cap. LVII. *Summa vini in homines singu-*
los

los inter annum cum compeditis uti quicquid operis faciant pro portione addito. Quin etiam magis ad ductus auctoritate Titinnii Fullonibus.

Qui inter decem annos nequivisti unam togam Detexere.

Ignoſcet ergo Lector candidus errori meo, quem dum commisi, hominem me ostendi: cum profesſus sum, animi ingenuitatem declaravi.

Jamne exta cocta sunt? quot agnis fecerat.

In veteribus erat, *quod tarmis fecerat?* Conſicio ſcri bendimus, *quot arnis f.* Nam veteres *Arna* pro *Agna* dicebant, ut ex Festo Glossarioque cognoscimus. Itē *Arnus*. In lege Niue apud Agell.lib.iv.cap.iii. PELEX. ASAM. IUNONIS. NE. TAGITO. SI. TAGET. IUNONI. CRINEBOUS. DEMISSEIS. ARNOM. FÆMINAM. CAIDITO. Pura puta autem Græcanica dictio, & c magnā Græcia à finitimiſ petita primitus: quo modo ὥντες, *somnus*. *συράνη*, *damnū*. ἡδος, *sedes*. φάμα Doricē fama. νῆσι, *liræ*. & infinita alia. Possit verò hoc loco etiam legi, *quot tarmis f.* ut videatur ludere voluisse Plautus in homonymiā, nam *Arna* etiam Boötię est urbs, & *Tarna* alias dicta fuit, ut ex Græcorū monumentis ſcimus. Sc. *Quis nam obſecro.*

DI. *quid mecum eſt tibi?*

PA. *Men' rogas, propudioſe? eloquere properè, Di nacum.*

Veteres libri. *Men' fastidis propudioſe?* Quid verbū ad præteritum Dinacii ſermonē accommodatius.

— *postquam me misisti ad portam cū luci simul.*

Veteres, *cum lucu*. Recte; nam *Lucu* veteres dixisse ostendi ad Amphitruonem & Cistarriam.

Cap.

Cap. II.

Solla. Sollaria. Solla sternere. Sollisternum habere. Fures Summani dicti. Summanare. Samiare. Cadum vertere. Calices exhaustos mos olim vertere.

Eādem illā Scenā.

Tum Babylonica perifstromata, consutaq; tapetia Advexit.

In veteribus invenio, *perifstromata, sella, &c tapetia*. Scribo, *solla, &c t.* Nam *Solla* erant ſedilia in quibus tantum unus federe poterat, quæ in ſternebatur Ba bylonicis stragulis, quæ *Sollaria* dicebatur. (Plautus *perifstromata* appellat, eti non nego etiam ad alias Babylonicas veſtes referri poſſe) ideoq; aptè cōjunguntur. Eſt autē vox Osca, nam ea gens *Sollum* vocabat quod totum eſſet, ac ſolidum. Fuerint igitur hęc ſedilia ex ſolido ligno, unde pretiosora; & ſanè nō omnibus ea habere licebat: quibus licebat, *Solla sternere*, & *Sollisternum habere* dicebantur: Festus. *Solla* appellantur ſedilia, in quibus non plures ſingulis poſſunt federe, ideoq; *Solla sternere* dicuntur, qui ſolli sterniū habent: & *Sollaria* vocantur *Babylonica*, qui bus eadem ſternuntur. Non aufim verò ſequi vitrum magnum, qui *Soliū* ibi & *Solia* reſcribere tentat, cum planè eadem ſint. Nam efferebaut *Sollum*, *Soliū*, ut *Follum*, *Foliū*. Sc. *Cum benē*.

— *ac ejus conservum Sagarinum Syrum.*

In veteribus omnibus erat, *Sangarinum*. Sed parum refert, nā eodē modo ſluvius Sagaris, & Sagaris promiscè nominatur ab Auctoribus. Sc. *Libros infexi.*

*Hand postulo equidem med in lecto accumbere,
Scis tu med esse imi subfelli virum.*

Non ignoro CL. V. Iustum Lipsium velle, medio in lecto : sed recte est in veteribus. *equidem sumno in lecto.* Sc. Salvete Athene.

SA. *Quis somniavit aurū?* ST. quid id ad te attinet? Somniavit exponunt viri docti furatus est, quām re. Etē ipsi viderint. Ego existimo sommanavit : id est summanavit. Nam veteres futes *Summanos* vocabant, & furari *Summanare*. Curculione. Sc. Beatus.

Quia vestimenta, ubi obdormivit ebrius,
Summano, ob ea re me omnes Summanum vocant.
Summanare pro furari utitur etiam alibi noster Comicus. In vetere quodam codice est. *Quis somniavit aurum?* Quod quid sibi velit non video. Scio quidē veteres omnia acuta *Samia* vocasse, & *Samiare*, a- cuere; ut ex Nonio Glossographoq; est cognoscere, sed necdum sic me expedio, quia non convenit ea notio huic loco. Amplio igitur. Sc. *Agite, ite foras.*

Namque edepol, quamvis desubito, vel cadus veris potest.

Veteres Cadum vertere pro exinanire dicebant, uti nos hodie. *We ton op den bodem setten.* Sumpta autem metaphora à more in conviviis usitato; nam solebant pocula exhausta vertere. Ennius.

— *vertunt crateras abenos.*

Virgilius Æneid. ix.

Indulgent vino, & vertunt crateras abenos.

Item illud Poëtæ.

Vertitur enophoris fundus, sententia nobis.

JOANNES MEVRSIVS

Eitzoni Tiardæ S. D.

Nec tu mihi omittendus, mi Tiarda, quin ad Plautum te vocarem. Nisi facerem, peccarem largiter in amicitiam nostrum, quam sanctissimè colimus. Amorū verò erga me tui vel hoce videntissimum esse signum potest, quod librariam suppellicilem, & illam quidem amplam, mæ fidei discedens commisisti. Quod beneficium esti valde magnum sit, ed tamen est maius, quia nullam partem referre possum. Fateor, debo tibi nō le-viter, sed & tu mihi, quia, dum ut majora sint que præstat, facio, magis me obnoxium reddo, eoque modo non parum refero. Quod reliquum est aliás fortè solvetur. In prefensi hac ad Plautum examina, quæ quamvis paucula sunt, longa tamē erunt satis si difficebūti: si autem placebunt, insuffuro tibi quod in re absinthioli gladiatoriibus dici solebat, REPEDE: atq; ita arte longa efficies. Sane, ubi ubi eris, cum hac leges, puta mecum sermones abs te cadi. Itaque ut semper præsentia mæ fruare, & sermonibus jucundissimis, semper hac lege; Vtūa per vitam inā vidui comites alter alteri simus. Ego certè, quando corpore non licet, animo tibi ubique locorum adero; & cum sequi non possim, prosequar te saltēm hæc Elegiæ, quæ sinceri met erga te amoris, & meroris ex abuso concepti testis erit. Vale mi Amice, vale; unquamne posthac vidende? Deus faxit, & votum mihi exhibeat. Vale iterum, & extremum hoc amici marentiū efficium habe.

*Ergone qui nuper vivebam latus, amicis
Destituo vita ad tempora prima mæ?*

*Nec mihi chara inter quisquam tot nomina grato
Tetrica mærorum leniet alloquio?*

*Grotius in patriâ gnavus colit urbe sorores
Pimpleas, oculus charior ille meis.*

Scriverius, fratris colui quem nomine, lingua

Excusit

Excusit mihi se verbere, meque sibi.
 Scriverius, qui me sibi fratrem s^ep^e vocabat.
 Quondam, ehen! anime pars mibi quarta mee.
 Scriverius, certum demens quem rebar amicum,
 Sublest^e fronti credulus esse fidem.
 Scilicet humanae ludit confortia vita,
 Et veri speciem fucus amoris habet.
 Dividor, ab! animaq^e, inter tot fragmina tristis
 Vix vivo, at, miserum quod mige, vivo tamen.
 Vivo tamen, cogor que meo superesse dolori,
 Et dolor ex illo nascitur usque novus.
 Fœcundus dolor ille, Hydram qui vincere possit,
 Namque minus capitum fertilis ista fuit.
 Tu nunc, EITZO, anime pars præstantissima nostra,
 Longinqua properas ad sola Franciados?
 Ergone disiungent tot millia, tecq^e, tenebit
 Tam procul à nostrâ Gallia Battaviâ?
 O me infelicem, patria quam penitet ora!
 Et discedenti quam comes ire velim!
 Sed negat hoc Fortuna mihi nimis invida, dura
 Fortuna, instabili turgida in imperio.
 Fortunam accuso, verum & tu Gallia diris,
 Que mibi tot perimis gaudia, digna meis.
 Sed quasnam voveam diras tibi, Gallia, que, cum
 Incolumem excipies, gaudia mille dabis?
 Gallia, que gremio Parnassia numina Musas
 Suscipis; Europa, Gallia, delitium.
 Gallia, pacato Gradini numine felix,
 Latior ô nostrâ Gallia Battaviâ.
 Ergo dolor levior, desideriumque peruret
 Mitius ex abitu, chare T I A R D A, tuo.
 Te Neptune pater, ponti qui cornula regnas,
 Imploro,

Imploro, Juveni sternito molle salum.
 Depositum dubio magnum committitur alto,
 Depositi, queso sit tibi cura mei.
 Vos quoque Tyndaride, caelestia lumina, fratre^s
 Audacem placidum per mare fert^e ratem.
 Nimbosos calo que ignes arcete sororis,
 Fausta parum nautis numina nulla volo.
 Tuque etiam ventos objecto monte furentes
 Eole compescit, & puppem agat aura levis.
 Et postquam optatos appellant carba^s portus,
 Fortune ô fidâ des statione frui.
 Non hic, ut quondam veterum temeraria virtus,
 Contempto divum nomine marmor arat.
 Ast amor in Themidem pelago se tradere jussit,
 Qualis in ingenuis mentibus ardet amor.
 Ardet amor, dulcique artue depascitur astu,
 Desidia sterili nec finit esse locum.
 Ut patria tandem solvantur debita terre,
 Debita ad extremam vix soluenda diem.
 Vos sigitur, vos obtestor sacra numina cœli,
 Vos prohibete pium sorbeat unda caput.
 Fallor? an ipse pater dextrum mihi sternuit omen
 Iupiter, & cœlum comprobat omne preces?

TRINVM MVM.

Cap. i.

Elegans in vitio antiquis positum. Catonis locus vitii argutus. *Definare*. *Deinvare*. Fulgure afflate arbores. Fulminis venti. Plinius leviter emaculatis. Fulgor cur *Triflum*. *Patritus*.

Sc. *Multas res*. Eleganter amoris artes describunt adolescentes Lyctites, sub regno Veneris misericordia vapulans.

nunquam

*Amor quenquam nisi cupidum hominē postulat se
in plagas* (*tur, abre*)
*Conjicere: eos cupit, eos consecutatur, subdole blandi-
Consulit blandiloquentulus, harpago, mēdax, cup-
pes, avarus,* (*ruptor,*
*Elegans, despoliator, latebricolarum hominū cor-
Blandus, inops, celati indagator.*)

Nihil video, nisi *Elegans* heic in vitio positum, nam non aliter vetustissimi usurpabant. Agell. lib. xi. cap. ii. *Elegans homo non dicebatur cum laude: sed id ferè verbum ad etatem M.* (Catonis vitii non laudis fuit). Deinde profert hoc Catonis fragmentū ex Carmine de moribus. *Avaritiam omnia vicia ha-
bere putabant: sumptuosus, cupidus, elegans, viciosus,
irritus qui habebatur, is laudabatur.* Quæ verba manifesta vitii, correctionem tamen non video. Sc.. *Quo illic.*

Ava-

Avarus, inuidus, sacrū, profanū, publicū, privātū
Huiusca gens. ————— (habent.

Melius ita interpongas; *sacrum profanum, publicum*
privatum habent. Id est: Nihil interesse inter sacrum
aut profanum, inter publicum aut privatum existi-
mant. Egregia querela in ejus ævi vultures, qui uti-
nam neque hodiè nimis multi existant.

———— nihil ego istus

*Moror facetos mores, & turbidos, quibus boni de-
decorant se.*

Veteres, fatuos mores. Multò rectius.

Deserere illum & dejuvare in rebus adversis pudet.
Lipsius *definare* legit, sed nescio an recte; hoc sat
scio, in Feto nō mutandum esse quod nobilissimus
Dousa vult. Nam dicebant *Definare & Definere ve-
teres*, ut *Fodare, Fodere, Vellare, Vellere, Fallare, Fal-
lere, & alia multa cimodi.* *Dejuvare* vero heic signi-
ficavit; itaque in eo laudem meretur magnam,
quod Plauto nostrò fortis manu adserat. Sc. *Mi-
nus quindecim.*

Nam fulgorita sunt hic alterna arbores.

Invet. erat: *Nam fulgere ita afflate sunt. Quod non
temerè damnandum.* Plinius lib. i. i. cap. l. *Sed so-
nitum profecti esse fulminis, non illati: etiam spiritu*
*(scribo spiritum) ocyorem fulmine, ideo quasi prius
omne & afflari, quam percuti.* Virgilius.

Fulminus afflavit ventis, & congit igni.

ut autem ille *Fulminis ventis dixit*, ita ἀδρα κε-
ρύνη sublimis poëta Nonnus Dionys. lib. i.

Εἰτε δέ τε κερύδω στάκτοεν εἰδόσος ἀγγῆς,

Νύμφιδίῳ σπινθη μορφοκον ἀδρα κερύνη,

Καὶ στέστη σφεάλις δαλαμητόλον.

Sc.

Triplex autem vis fulminis: aut enim afflat, aut terebrat, aut incendit, unde *Trisulcum* dictum. Festus. *Trisulcum fulgur fuit ab antiquis dictum, quia incendit, aut afflat, aut terebrat.* Sc. Sta illico.

*Ut rem patriam, & gloria majorum fædarim meā.
Legerem metri cauila; rem patritam. Nam Patrius ut e *Avitus* dixisse veteres ex Nonio ostendi in Appendix Critici Arnobiani, lib. 11.*

*Pernovi equidem Lefbonice imperitum tuum inge-
num admodum*

*Scio te sponte non tuapte errasse sed amorem tibi
Pecūtus obscurasse.* —

Lambinus malebat, peritum tuum, ego uero *impe-
ditum* t. Quod verbum huic loco convenientissi-
mum, nam anteā quoque Lefbonicus dixerat.

*Sciebam ut esse me deceret, facere non quibā miser,
Ita vi Veneris vincitus, ocio captus, in frānde incidi,*

Cap. 11.

*Mehe. Differre famā. Hisce homines. Cér-
copia insula. Kégywāres. Tax. Pax. Terentius
bis emendatus. Harpax.*

Eādem scēna.

*Sed ut inops infamis ne sim, ne mihi hanc famam
differant,*

*M e germanam meam sororē in concubinatu tibi
S:ne dote dediſe magis, quam in matrimonium.*

Valdè vereor ἀςχαιρόν heic fuisse Plauto corrumpendo: scribserat ille. ne mehe hāc famā differant. Nam *Mehe* pro *Me* dictum ex Quintiliano etiam supra ostendi. Iam *Differre famā* dixit, pro *Differre
malis*

malis sermonibus. Sc. Huic ego diei.

*Fac me, si scis, certiorem, hīce homines ubi habitent
pater.*

In veteribus erat, hīce homines, rectē. Veteres *Hisce* pro *Hi* efferebant, ut suprā quōque monui.

*Ad hoc exemplum est, an Chares. an Charmides?
num Charmides?*

*Cur obsecro, num Charmides? nam hāc inepta rav-
toloyla est. Veteres codices nulli agnoscūt, & rectē.*

*Sed ipse ubi est? SY. pōl illūm reliqui ad Rhada-
mantem in Cecropiā insulā.*

Puto vera lectionem ille, in *Cercopīa insulā*, ut ita ludens appellari Orcum regnū Rhadamanitis, qui sceleratos ibi pēnis & cruciatis maximis exerceret. Nam homines scelerati, & malighi *Kégywāres*, & πίσκοι, Latinis *Simia* nominabantur, ut infra ad *Truculentum* docebo.

*Quod est tibi nōmē adolescens? SY. Pax, id est no-
men mibi.*

Hoc quotidianū est. CH. edepol nōmē nugatoriū.

*Quasi dicas, si quid crediderim tibi, pax, perifſe
illico.*

Primo versu scribo. *Tax, id est, &c.* Tertio. *si quid
crediderim tibi, tax, perifſe illico.* Ludit Sycophanta ex instituto suo, dicisque nomen sibi quotidianum esse *Tax*: id est, tanquam hominem tagacem, & qui non benē utatur manu sinistrā, traduci à populo: inde est, quod responderit Charmides auditio nomine, dixisse eum furto illico peritum si quid ejus fidei concrederet. Nam ut *Pax* à *Pago*, ita etiam *Tax* à *Tago* deducebāt. Atque ut *Tangere* quoque pro fu-
rari usurpabant, ita *Tax* & pro *Tallim*, & pro *Fur-
tim*.

tim. Heic posteriori notione extulit, priori in Persl.
Sc. *Iovi opulento.*

— tax tax tergo meo erit, non curo.

Iam quod paullò post Charmides itérum eum hoc modo compellat.

Aggrediundū s̄t hic homo mīhi astu. heus, Pax, te tribus verbis vōlo.

Nihil obstat, si scribamus, *heus, pax, te, &c.* Nā utebantur hac dictione cum aliquem compellarēt, aut sermonem ejus interpellarent. Terentius H̄eaut Act. II. Sc. II.

Capillus passus, prolixus, circum caput

*Rejectus negligenter, pax. CLIN. Syre mi, obsecro,
Ne me in latitudinem frustra conjicias.*

Sed secundo uersu mālē collocata Cliniae persona: ita constituo.

Rejectus negligenter. CLIN. pax. Syre mi obsecro.

Nam int̄errumpēbat Syri verba, itaq; oportebat veniam postulare. Vide magni Scaligeri Ausonianas Lectiones. Ad Tax quod attinet, dēbet illa vox etiā apud Terentium reponi fabulā citatā, Act. IV. Sc. II.

Unus est dies, dum argentum eripio Tax, nihil amplius.

Malē enim hodiē excusum est. eripio, pax, nihil a. Hoc quoq; admonebo: ut à *Paco Pax*; ita ab *Harpago*, etiam *Harpax* adverbialiter efferebant, Pseudolus in Comœdiā sui nominis. Sc. *Hi loci.*

— *apage te Harpax, hand places.*

Huc quidem hercle hand ibis intrō, ne quid harpax feceris. Ita scribo. Sequitur.

— *ne quicquam herclē es, nam nihil auri fero.*

Nimis arguit obrepfisti in cāpsē occasiunculā.

Post-

*Postquam ego me aurum ferre dixi, post tu factus
Charmides.*

*Prius tu nō eras quā auri feci mentionē, nihil agis.
Lego, obrepfisti meāpsē occasiunculā. ut erat in veteribus libris. S. Quid hoc hic.*

*Hic meo hero amicus solus firmus restitit,
Neque demutavit animum de firmā fide*

*Quanquam labores * multos **

Sed hic unus, ut ego suspicor, servat fidem.

Ob rem laborem eum ego cepisse censeo.

Nihil hoc loco contaminatus, ita mutulus & luxatus est. Restituo ex veteribus editionibus meis.

Neque demutavit quimum de firmā fide.

Hic unus, ut ego suspicor, servat fidem:

*Quanquam labores multos ob rem cum ego ce-
piſe censeo.*

Non poterat melius emendari.

IOANNES MEVR SIVS

Hugeiano Grotio S. D.

O Di puerum præcoci sapientiâ, ajebat ille; sed eo di-
go, mi Groti, nihil censeo ineptius. Cur enim? Quippe ge-
nerosioris arboris etiam planta cum fructu est, quod
Quintiliano juvene dicitur. Sed aurē uellit Cato, qui se-
nilem juventam signum esse præmaturæ mortis pro-
nuntiat. Quod utinam falsum! exemplū enim & experientiâ
comprobatum, non diurnare hoc hominum genus. Dolendum
certe: & quod de Cesare olim dictum, non nauci eum debe-
re, aut Reip. nō tam citò eripi, idem de præcociis & præ-
stantissimis istis ingenii uidetur; quibus si ad frugem perve-
nire daretur, quanto usui Reip. erant futura? Tuā causa hoc
dico, cui in ipsa ferè pueritâ tam præclarè sapere contigit, ut
perdiploros in ingenio & eruditioñis admirationem cunctos
erexeris. Caro autem te efferas, aut ames nimis propter hac:
quoniam Dei potius in te beneficentiam agnoscet, illigere ut gratus sis
sedulò labora. Gratus autem eris (vide quam sollicius sit hic
affectionis, quem non contennes.) sidona, que tibi largiter suppe-
ditavit, nominis ipsius sanctissimi solius gloria, Reique publica
utilitati impendere studebis. Quod nisi facias, infelix es, immo
nihili. Hoc cogita, & me ama: atque hac ad Planis Truculen-
tum examina.

TRVCVLEN·TV M.

Cap. I.

*Mare, pro Meare. Damnosus, pro sump-
tuoso, & prodigo. Dapinare. Congerones.
Habiturire. Infrequens miles.*

Sc. Non omnes atas.

— *quotque pericla vianda! di voſtrā fidē, huī!*
In veteribus omnibus erat, *quotque perclamanda.*
Fallo me, aut vera in lectione in erui, *pericla manda.*
Nam veteres *Mare* pro *Meare*: unde *Remant* pro
Remeant. Ennius apud Feltū, & Lucretius lib. III.

Unde homines, dum se falſo terrore coacti.

Refugisse volunt longē, longēque remasse.

Sequitur postea.

*Faxim lenonum & scortorum, ut plus est, minns,
Et minus damnosorū hominū, qua nunc sunt, sient.*

Legendum est *Paxim*, ut monui supra ad Amphi-
trouinem, cap. ix. Porro homines *Damnoſi* heic ac-
cipi possunt vel quibus multum insumitur, quales
sunt meretrices lenonesque, vel prodigi, sumptusq;
nullius rationem habentes. Veteres autem *Dam-
num* propriè τὸ ἀνάλογα interpretabātur, ut docuit
ad Varrone in *incomparabilis* Ios. Scaliger. Ad-
do ego, ut Δαπανῶν *Dapnum* prius, deinde *Damnū*
factum est, ita Δαπανῶν, *Dapinare*, quo utitur Co-
micus noster Capt. Sc. *Quanto in pectore.*

Æternum tibi dapinabo cibum, si vera autumas.

Mutatus vero & in I, ut in A' φάνναι, Apine. Præterea

Damnosus èâ quâ dixi notione in sequentibus istis
verbis intelligi debet.

Eadem postquam alium reperit, qui plus daret,
Damno forem, me exinde amovit loco.

Ita enim interpungendus locus. Sc. Ad fures.

Ne quis aduentor gravior abeat quam adveniat.
Priscianus lib. de verbi. Comicis ita citat, abeat atque
adveniat. Et saniè Arque pro Quam Latinis scripto-
ribus non insolens: non tamen propterea heic repo-
ni debere existimo, cum nulli codices agnoscant: unde
suspicio est, ne Grammaticus ille doctissimus ita
scripsicerit, ut memoria tenuerit, itaq; crit ejus à pâ-
tina μνημονικâ leviculum.

— quin ei
Ut simitu adveniunt ad scorta congerones,
Consulta sunt concilia, &c.

In veteribus erat congerones, quomodo & doctissi-
mus Lambinus suspicatus erat corrigendum. Ful-
gentius. Congerones, qui aliena ad se congregant. Et
optimè huic loco convenire eam dictiōnem fatebi-
tur, quicunque inspexerit. Èâ formâ Forasgerones
dicit infira.

Non arnus hic sed pascuus est ager, si arationes
Ambituri, qui arari solent ad eos verò ire melius
est.

Libri veteres constanter, si arationes Habituri,
qui, &c. Certum habeo scripsi Plautum, Habi-
turi, id est, habere desideras: Nam Habituri ut
Esurire, Iturire, & alia ad faciē eam extulisse olim
minimè dubium. Sie Ambituri retineamus, nil po-
terit dici ineptius; non enim ambituriebat, sed aim-
biebat, id est habituriebat. Itaque sufficere hæc exi-
stimo

Stimo ad adserendam conjecturam meam.

E linguis dicta dulcia datis, corde amare facitis

Amantis, si quidem non danunt.

Optimè in veteribus est, corde amare facitis. Græ-
cismus est, Amara facere amantes. Sc. Hahaba.

Quin ubi nil det, pro infrequente mutat militiā
domum.

Lambinus infrequetem interpretatur τὸν ἀσεγλωτη-
τον, sed male, nam Infrequens dicebatur miles qui
subinde à signis aberat. Festus. Infrequens appella-
tur miles, qui abest abfuit ve à signis.

Cap. II.

Solitare. Clura. Clurinum pecus. Simie per
convitum qui dicti. Lamia. Vittoria. Hac
pro Hæ, ἄρχαιος. Patuli & Propatuli boves.
Patulis.

Sc. Quis illuc est.

Spero meam quidē herclè, tu qua solita es cōprimas.
Veteres omnes. tu quem solitas comprimas. Optimè
Αρχαιοὺς est: Solitare frequentativâ formâ pro So-
lere, ut Dolitare apud Catonem pro Dolere.

— tu verò clurinum pecus?

Dixi in appendice Critici Arnobiani lib. IIII. legé-
duim heic Cluninum, intelligendumque esse de si-
miâ, quia à veteribus Cluna dicta fuit. Sed saniè Clu-
rinum, cum veteres libri habeant Plauti & Arnobii,
temerè mutari non debet, nā & in Glossario legitur,
Clura οἶνος. Et dubiū non est quin veteres ita ex-
tulerint ut Cordus, pro Condus. Cortumio, Contumio.
Canimen, Carmē. Genimen, Germē. Gnomā, Groma.

Præcidanea, Præcidaria. Proletaneus, Proletarium. Strigores, Strigones. Architector, Architecton. Ita auten irridens Astaphium ancillam Stratilax appellat deformitatem ei probans; nam homines deformes Simia per conuitum audiebant. Huc pertinet istud Milite. Sc. *Voluptas.*

— PY. edepol hac quidem

Bellista est. PA. pithecium hac est præ illâ. —
Talis ancilla Phronessi Truculentus.

— ò Phitecium

Face ut accumbam, adjutare sic decet pueroram.
Lycophron quoque Thersites hominem maximè illiberali facie παθηκόμορφον nominat.

παθηκομέρφω πάτημον ἀιτωλῷ φθέρον
τεῦξε —

Vel simiam appellasse Astaphium videri potest, quia esset ingenio maligno, & versipelli: & sanè antiqui ejusmodi homines non aliter indigebant. Inde est apud cundem hunc Plautum Pseudolo. Sc. *Dulcia atque amara.* (mis.)

PS. *Sed quod nomē esse dicam ego iſti servo?* CH. Si. Inspice totum locum, non invenies qui magis accommodatus ad hanc rem. Huc referendum, quod Gendulus & Atlas, quia scelerum fraudumque omnium iuventores extiterant, Κέρκωτες sunt dicti. Apomalas etiā cap. cxxxv. simiam interpretatur τὸν παντερού. ut & Artemidorus libb. 2. & 4. capp. 12. & 58. Item proverbium celebratum fuit, πάθηκος ἐν παροφύῃ, quod usurpabant ὅτι εἰ φάλοι κανὸι πολλοῖς παροβληθῆσιν, ἔμως δὲ διαφαίνονται πονηροὶ ὄντες. ut ait Suidas. Aristophanes etiam Equitibus παθηκισμὸς posuit pro fraudibus.

Κλ. οἴμοι τάλας. οἴοις πιθηκισμοῖς με περιελαύνεις.
Huc etiam pertinebat somnium Charmidē Rudēte, ubi simia significat Lenonem Labracem, hominem nequissimum: unde appetet Comicum nostrum ἀνεργοχείλιαν minimè fuisse imperitum. In Mostellariā quoque servus Phaniscum adversitorem contumeliosè simiam nominat.

Vide ut fastidit simia. —

Sed & hoc admonendum duxi in Ven. & Bas. esse Larinum pecus, & suem interpres, à nobili illâ triginta porcorum matre, & Laribus Grundilibus. Puto tamē veram Plauti lectionem esse Clurinum pecus, cū Arnobius etiā usurpaverit, scribitor veteris literaturæ scientissimus, & à Comici nostri, ut observavim⁹, imitatione nō abhorres. Sequitur porr̄.

Quia tibi insuſo infecisti propudioſa pallulam.

Festus, Quia tibi suſo. Sed quia veteres libri ita cōstanter habet certa conjectura ducor scribisſe Plautum. Quia tibin' suſo infecisti, &c.

AS. Dignis dant. ST. lavinia hic sunt quas habes

[redacted]
[redacted] dant. Sed ego positiones [redacted] restituo.

AS. Dignis dane, lamia haſſunt, quas habes victorias.

Ne attigas me. ST. tangamne ego te?

Et quidem lamia erat in veteri codice, quod multò probius. Aspernatur Stratilacis munera Astaphium quasi abhorrens, Lamias esse ac terriculamenta dicens. Licilius.

Terriculus Lamias Fauni quas Pompiliique.
Et Lamia turres apud Tertullianum. Victoria au-

tem *παλαιχνίων* heic à Comico nostro ponuntur; erant vero sigilla Victoriae quæ magnâ frequentiâ Græci (nam hæc Athenis agi finguntur, ut omnes Fabulæ.) faciebant. Val. Max. lib. i. cap. i. *Victorias, aureas pateras, & coronas, quæ simulacrum porrectis manibus sustinebantur, tollebat, & eas se accipere non auferre dicebat.* Cicero Verr. vi. Erat præterea magna vis eboris, multa ornamenta, in quibus eburnea Victoria antiquo opere, ac summa arte perfectæ. Hinc diis prestitibus suis in manu ponebatur, scilicet ut militia possent hostes superare. Claret ecce in loco Vallerii citato, & illo Ciceronis eadem Verrinâ quam laudavi. *Insistebat in manu Cereris dextrâ simulacrum pulcherrimè factum Victoria: hoc iste est signo Cereris avellendum, aportandumque curavit.* Porro Hæc scripsi, pro Ha. *ἀγχαιών*. Ita Terentius Heaut. Sc. iv. Aet vi.

*Hæc ornamentis consequuntur alteræ,
Porro hæc talenta dolis apposcent duo. Sequ.
Ut ego me ruri hamaxari mavelim patalem bovē.*

[REDACTED]

heic ramen eum sequi non possum, cum omnes veteres constater habeant *Patulum*. Et sanci meliores Festi editiones ita præferunt, non *Patalē*. Deinde ex Iunio Philargyrio & Servio ad Georgic. i. i. i. scimus *Patulos* boves appellatos qui cornua latè distantia habeant, qui Græcis poëtis *ἐυρυμέτωποι*. Idem quoque *Propatuli* dicti, teste hoc ipso Festo in *Propatulum*. Sed, ut quod super hoc loco cœsio semel dicam, scripsit Plautus *Patalem* *ἀγχαιών*, nam vete-

veteres nomina secundæ declinationis etiam tertiam indifferenter efferebant. Hoc Festus antiquitus diligentissimus scientissimusque annotaverat, sed locus postea corruptus, & *Patalem* in *Patalem* mutatum est. Confirmat & hoc conjectaram meam, quod si *Patulum* Plautus dixisset, jam hoc non novum nec annotatione dignum sit.

Cap. i. i. i.

*Ne musca quidem; vetus dictum. Oramenta.
Exorabula. Lassi lavati soliti calidâ. Mills.*

E Adem scenâ Astaphio mulieres convenire volenti ita responderet Stratilax.

— *quas tu mulieres
Miki narras? ubi musca nulla fæmina est in e-
dibus.*

Meo animo τὸ fæmina παρέλκει. itaque rescribę tim, *Ubi musca nulla est in edibus.* Veteres cum domi nemo esset, rogati joculariter respondebant, *Ne musca quidem.* Invenio & apud Suetonium Domitianο, cap. ii. i. *Inter initia principatus quotidie secre-
tum sibi horariorum sumere solebat: nec quicquam am-
plius quam muscas captare, ac stilo preactuo configa-
re: ut cuidam interroganti, essetne quis intus cum Ce-
sare, non absurdè responsum sit à Vibio Crispo: Ne
musca quidem.*

Quin maceria illa ait, in horto qua est. —
Vett. libri. *Quid maceria.* Recte, & ita Priscianus laudat lib. v.

*Verum ego illum, quanquam violentus est, spero
mutari potest*

Blandimentis, ornamenti cateris meretriciis.
*Legēdūm existimō, oramenti cateris. Sciolī librarii
 temerē ejecerunt cū non intelligerent, etiam simili-
 litudine vocis inducti. Oramenti nihil aliud sunt
 quam sermones blandi, & blanditiae, quæ Exorabu-
 la nominavit primore Scenā hujus fabulē. Ait enim
 Dinarchus.*

*Quot amans exemplis ludificetur, quot modis
 Pereat, quotque exoretur exorabul. —*

Quot illuc blanditia. —

Certè ornamenta cum blandimentis non ita ap̄cē
 conjungantur: sed arbitrabuntur viri docti. Sc. se-
 quenti, *Piscis ego credo.*

DI. *Quin hercē lassus jam sum durando miser,*

Mihi quoque præ lassitudine opus est ut lavem.
 ultimus versus reddendus Astaphio, malè enim Di-
 narcho tribuitur. Ita correxerām, cum video con-
 sentire mihi veteres libros. Ait verò Astaphium si-
 bi opus esse præ lassitudine ut lavet, is mos vetustissi-
 mis etiam Græcis. Artemidorus lib. i. cap. lxvi.
 Πάλαι μὲν γῳ εἴκος ἔνει τονεγχτὰ βαλανεῖα, ἐπὶ μὴ
 συνεχῶς ἐλύοντο οἱ ἀνθρώποι, μηδὲ εἴχον τοσοῦτα βαλα-
 νεῖα. ἀλλὰ πᾶσι λέμον κατατρέψαμενοι, ή μεγάλα τανού-
 μενοι πόνος ἐλύονται. Et quidem calidā tum lavabam-
 tur. Idem loco citato. Ηγούμενοι δέ τοι πορεύονται. Huc pertinet locus Epi-
 dico. Sc. *Male morigerus.*

— abi intro, ac jube huius aquam calefieri.

Item Bacchidibus Sc. 1.

— aqua calet, eamus hunc intro ut laves.

Nam ut in navi vecta es, credo timida es.

Sequitur in Truculento.

Sed

*Sed obsecro hercē Astaphium, i intro, ac nuntia
 Me adesse, tu i properē, & suade ja ut satis laverit.
 Veteres libri. Me adesse, cui properet suavium, ut s.l.
 Quæ lectio magis placet. Sc. Ne expectetis.*

Et Homero, & postillā mille memorari potest

*Qui & convicti & condēnati falsis de pugnis sient.
 Veteres libri, & postilam illi m.p. Scribo, & postillā
 milli. Nam Milli pro Mille etiam Lucilius dixie
 lib. ix.*

Tu milli nummūm potes uno querere centum. . .

Item lib. xv.

*Hunc milli paſſūm qui vicerit atque duobus
 Campanus fōnipes. —*

Vide Macrobius Sat. lib. i. cap. v. Hec quatinus in
 speciem recta sint, non possum tamen dissimulare
 præferre me lectionem istam. (sunt.)

*Et Homeri Iliada & Odyssēam illi memorari pos-
 quam in Parisiensi inveni. Memorari ἀπχαιοὺς est
 pro Memorare. Iam in Iliade & Odyssēa Homeris
 plurima esse mendacia nemo ignorat. itaque ille
 versus huc accommodatissimus. Deinde quid est
 Homeronomad? quis mihi explicabit? Tentaveram,
 Et Homerum item. Sed nihil opus, rectâ lectione in-
 ventâ, πειρωλογεῖν.*

Cap. IV.

*Maius pro Magnus. Jupiter Deus Maius
 Tusculanis. Maia. Abstīt. Acceptrica. Chœ-
 nica. Seneca. Eſopia. ſeſopia. Glans bubus da-
 ri folita.*

*Scenā eāpse Phronesium meretrix Astaphium cō-
 mone-*

monefacientem ut se ægram esse assimularet, ita
objurgat.

tace,

Quid adhuc ego tui, malum, ammonitricis, an me
maleficio vincere est?

Ita restituit magnus Lipsius ex vestigiis istis Vatic.
Cui adhuc ego tu malam eam emovet ruri, à me ma-
titio: vincere est? unde apparet eum aliquantum à
ductu literarum recedere. In Bas. erat. Quo adhuc
ego tu malam emones rustica me maleficio vincere si?
unde conjicio scribendum.

Quor adhuc echo tu mala me mones rustica? me ma-
leficio vincere si?

Postea in glorioso Stratophanis militis sermone.

Mens est scio jam de argumentis, nimium quidem
simili si, pape.

Iam magnu si: jamne leat legiones, quas spolia-
re velit?

In veteri codice erat. Iam maius est: jamne l.l. Quod
profectò rectissimum, nam Maius antiquissimi pro
Magnus dicebant, hinc Majestas, cuius originem
accuratiùs tradere Festus debuerat. Iupiter quoque
à Tusculanis Deus Maius appellabatur, id est, θεος
μεγαλος, idque γρ̄ εξοχην. Macrobius Sat. lib. i. cap.
xi i. ubi de Maii mensis nomine differit. Sunt qui
hunc mensem ad nostros fastos à Tusculanis transiſ-
ſe commemorent, apud quos nunc quoque vocatur
Deus Maius, qui est Iupiter, à magnitudine scilicet
ac majestate dictus. Item magna mater Maia. Ibi-
dem. Affirmant quidam, quibus Cornelius Labeo
consentit, hanc Maiam, cui mente Maius res divina
celebratur, terram esse, hoc adeptam nomen à magni-
tudine,

tudine, sicut & mater magna in sacris vocatur. Ab
hac radice Maior, Maximus. Nam à Magnus
ἀράλογος debebat deduci Maior, Magnissimus.
Sed eit notum nomē illud ἀράλογιας excedere. Sic
adverbialiter Maie (postea Mage) Maius (po-
stea Magis) Maxime. Et Gifanius in Indice Lucre-
tiano testatur sèpè se Maius pro Magis inven-
nisse in manuscriptis, quod librariorum scripturaræ
vitiosè imputare non debebat, cum sit remotissimæ
antiquitatis. Ité Capella vocum antiquarum usur-
pator lib. de Dialect. Quantitas non recipit maius &
minus. Nam Maius ibi est μᾶλον. Ergo non debet
mutari, & Magis restitui, quod amico nostro vide-
tur. Imperiti librarii temerè nimis, id est suo more,
vocem antiquissimam de Plauti libris exturbave-
runt, in quos nostro periculo poterit posthac recipi.

Ubi illa obsecro est, qua me reliquit atque abstiit.
In veteribus abisti est pro abstiit: itaque suspicor
scribendum abstiit ἀπέχαισμα, quo etiam usus Ovi-
dius Metamorph. lib. xi.

— renovat lettusque locusque

Alcyones lacrymas, & qua pars admonet abstiit.

Vide ad Asinariam cap. i. Sc. Ite hac simul.

— huic des

Quantumvis, nusquam appetet neque datori, ne-
que acceptrici.

In veteribus libris erat, neque acceptrica Optimè.
Antiqui Acceptrica & Acceptrix dicebant, ut Se-
nex, Seneca, Pomponius Pistoribus.

Pappus hic medius habitat seneca non fescunciae.
Sic Chænix, Chænica, Phalanx, Phalanga. & alia
ejus forme.

Quid

*Quid nunc ergo huic odio es * * busteis.*
Scrabo & suppleo ex veteribus libris. *Quid nunc er-
go odios è es confessus omnibus te iis.* Cur, inquit, te fe-
cisti ut noscerent omnes ii? intelligit verò eos quos
Geta adduxerat. Postea miles stomachosus ita Ge-
tam adfusat.

— *quid tibi huc ventio est?*

*Quid tibi hanc aditio est? quid tibi hanc notio est,
inquam,*

Amicam meam: emoriere ocius, si manus niceris.
Non video quid sit, si manus niceris, neq; item quod
in Lambiniana editione est, si viam imbiteris. Op-
timè in Parisiensi si manum injeceris. Sc. Date soleas,

Quo pacto excludis quo sò? potin' planius

Quam exclusus nunc sum? —

In veteribus libris erat, excludis quo sò esopitiis pla-
nius. Lego. *Quo pacto excludis quo sò esopus planius.*
Et à ḡxanōs Excludis dixit pro Excludas. Seulus est.
Quo pacto me planius sedibus ejicias, & sedes mu-
tare, id est migrare cogas? Veteres autē Esopia ap-
pellabant, sedes, quæ in Augurali & Saliani carmi-
ne Sèòpia sunt. Festus. *Sesòpia in Augurali & Salia-
ri carmine appellantur, quæ alias Eòpia pro sedili-
bus dicere habemus nunc adhuc in consuetudine.* Sc.
Rus mane.

Rus mane dudum hinc ire me jussit pater,

Ut bubus glandem prandio depromerem.

Vult vir magnus, Ut subus. cur autem? quia in
silvas solent pastum dimitti sues? sed & bubus ve-
teres glandem in pabulum dabant. Cato cap. LIV.
Bubus pabulum hoc modo parari denique oportet.
*Ubi semetim paraveris, glandem parari legique opor-
tet,*

*tet, & in aquam conjici. Inde semodios singulis bubus
in dies dari oportet. Cap. LX. Bubus cibaria annua in-
juga singula lupini modios cxx. aut glandes modios
cclx. Vide quoque Columellam lib. VI. cap. IIII.
& XI. cap. II.*

Cap. v.

Crumenās in collo gestabānt olim. Minus.

*Miner. Viduer. Inire pro Intrare. Parasiti
Scorta dicti. Festus emendatus. Cavilles. Fuci-
cilles.*

Eadēm Scenā.

— *homo crumenam sibi de collo derrabit.*

Minas viginti mihi dat, accipio libens.
Unde observare est veteres in collo crumenas ge-
stasse, id quod videmus etiamnum nostrates rusti-
cos factitare. Sic Asinariā, Sc. *Cur me.*

Hic pone, hic istam colloca crumenā in collo planē
Epidico etiam. Sc. *Fecisti jam.*

Ipse in meo collo tuus pater crumenam collocavit.
Et extrema hac Truculento.

Pecua ad hāc collo in crumenā ego obligata defero.
Sequitur pauxillo intervallo.

— *ille abiit, ego perperaminas*

Ovis in crumenā hāc in urbem detuli.
In veteribus libris erat, *Ego properè minas.* Reētē.
Oves *Mina* sunt vēntrem quæ glabrum habent, ut
cognoscimus ex Varrone de R.R. lib. II. cap. II. Itē
Mina mammæ quæ lac non habent, ut ait Ælius
apud Festum, quæ tamen heic locum habere non
possunt cōmodè: Sed Plautus ita vocat facetè, quia

venundatæ in minas essent conversæ: Aut *Minæ* sunt parvæ & pusillæ (nam ista metamorphosi tales erant) quod etiam non malè congruit: Veteres autem *Minus* pro *Parvus* dicebant, unde in comparationum gradibus, ut vocant Grammatici, *Minor*, *Minimus*. *Minuo*. Sicuti *Maius*, *Maior*, *Maximus*. quod supra eruimus. Efferebant quoque *Miner*, ut *Vetus*, *Veter*. Hinc apud Festum legitur. *Minerrimus* pro *minimo* dixerunt. Ad eandem formam *Viduer* pro *Viduus*, unde *Viduertas*, ut *Liber*, *Liberatas*. & talia.

AS. *Quid istuc? alienus es, amabo, mi Strabax*
Qui non exemplum ire si anne oportuit
Ita te quidem qui es familiaris? ST. *ibitur.*

Lego & interpretengo.
Qui non exemplum inires? anne oportuit
Ita te quidem qui es familiaris? ST. *ibitur.*
 Origo mendæ ex compendio à scriptione, *ires*, & *ibitur*. Postò *Ixisse* posuit pro intrare, quomodo *Casinæ* Sc. *Vide fur.*

OL. *si tu jubes, ibitur tecum.*
 Transeo ad Scenam sequentem *Mirum* videtur.
 ST. *Vel amare possum, vel jam scortum ducere.*
 AS. *Lepidè me castor nuntias, sed dic mihi*
Haben? ST. parasitum te fortasse dicere.

AS. *Intellexisti lepidè quid ego dicerem.*
 ST. *Heus tu, &c.*
 Scio quid heic acutè valde CL. Lipsius, sed hō probo: magis id quod in veteribus meis libris invenio.
Am' parasitum te fortasse ducere?
 ST. *Intellexisti lepidè q. e. d.*

Heus

Heus tu, &c.

Ita enim etiam personæ collocandæ. Dixerat Stratiotax exuiste se mores truculentos, & posse jam amare, posse scortum ducere, unde Astaphium verbi ἀμφιθολυγίᾳ incerta rogat, an dicat fortasse paralitum se ducere, nam parasiti etiam per iocum *Scorta* nominabantur, quia nimis impudenter cænas captabant, & invocati aderant. Clarè ecce Capitivi id nos docent Act. i. Sc. i.

*Juventus nomen indidit Scorto mihi**Eò quia invocatus soleo esse in convivio.*

Operè premium est inplexisse totum locum ut à me correctus est. Sed nemo, spero, culparit, si pauxillū extrā ordinem digressus, occasione hac Festum in *Scorta* emendaverim. Apud Attellanos antiquos solabant dicere, se attulisse pro scorto delicularam. Scribo: pro scorto pelliculam. Varro lib. vi. In Attellanis licet animadvertere rusticos dicere, se adduxisse pro scorto pelliculam. Sequitur.

Ita nt pauxillum differat à cavillulū.

In veteribus duobus est, à *cavillibus*, quod puto rectum. *Cavilles* pro *Cavilla* (nam sc̄mininē exulit supra) ἀεχαῖνον est, quomodo *Furcilles* pro *Furcilla* apud Festum invenitur antiquos dixisse.

Cap. v i.

Ni pro Ne. *Stridia. Stria. Mantutor. Amplectari.*

*Sc. Neque gnatus est.**Ad me magna nuntiavit Cyamus hodiè gaudia.*

Sinceram puto lectionem veteris codicis. *nuntiavit*
Gera mens hodie. Nam Geta servus in hac Fabula
personam sustinet. Sc. *Lepidè efficiam.*

AS. *Litteras didicisti, quando scis, sine alios discere.*

DI. *Discant, dū mihi cōmentari liceat, ni oblitus sis,*
Quod dedi.

Ni ἀξιοὺς est pro Nc. Ita Cato cap. cxliii. Rem
divinam ni faciat, neve mandet qui pro ea faciat in-
jussu domini, aut domina. Et ipse Plautus alibi in his
Fabulis non semel. (es abi.

Uno verbo eloquar, mittin' me intro! AS mendax

Unum aiebas, tria jam dixi verba, atq; mēdacia.

In veteribus libris est. *Unum aiebas, stridia dixi.*
Recte. *Stridia pro Tria ex remotissima antiquitate*
est: primò dicebant *Stria*, ut *Stritavus*, pro *Tritavus*:
deinde *Stridia*, ut *Postea*, *Postidea*. *Antea*, *Anti-*
dea. *Interea*, *Interidea*. *Mecum*, *Medecum*. *Tecum*,
Tedecum. Ingeniosi correctores abjecto *Shobis* *tria*
jam substituerunt valde bellè, scilicet. Vel poslunt
etiam *Stridia* verba dicta videri quasi *stridula* &
obstrepera, quā facie *Cor dolium*. *Vinum crucium*.
Agnus curio. Tamen prior explicatio magis huic lo-
co convenit, quia cum dixisset uno verbo se elocu-
turum, tribus dicit. *Mittin' me intro?* quod expro-
bat Astaphiū, mendacii eum arguens. Sc. *Egone tibi.*

Nam vinum, si fabulari posset, se defenderet.

Magis placet quod veteres editiones habebant, si
fabulare, quod *ἀξιον* est, & in superioribus quo-
que Comediis Plauti usitatum. Sc. *Bletea.*

Ubi id audivit, quamquam penes est mea omnis
res, & liberis.

Kidea ecclum, qui manstutorem me adoptavit bonis.

In

In veterib. erat melius, *penes est me*. Deinde scribo,
qui manstutorem. Nam *Manitutor* dictum est, ut
Manipretum.

Cogitato mus pusillus quam sit sapiens bestia.

Etatem qui uni cubili nunquam cōmittit suam,

Quia si unū ostiū obsideatur aliud perfugiū gerit.

Lego, aliud perfugium querit. Inde nata mēdo, quia
librarii promiscē C & G pro Q scribebant, non ha-
bitā diphthongorum ratione. Ita conjeceram, cum
ecce in Parisiensi sic reperio. Sed cur quās ostium?
cum de cubili præcesserit. Recte uno consensu eji-
ciunt libri veteres.

PH. *Nunquid vis? DI. facultas opera ubi mībi erit,*
ad te venero.

Recte mendum esse deprehēdit acutissimus Guliel-
mius, sed meo iudicio, dū *valeas* pro *facultas* resti-
tuit, necdum bēnē satis emendat. Ego minimā mu-
tatione rescribendū existimo, *fac valeas, opere, &c.*
Opus erat a literulā insertā, & t in e eōmutato. at-
que hanc puto veram hujus loci lectionem.

*Propter hunc spes etiam se hodie * militem.*

In veteribus libris erat plenius. *spes etiā se hodie tam*
interit in militem Corrigo. *Propter huncce spes etiam*
hodie jam interit in militem. Sc̄nsus plenus, & pla-
nus. Sc. *Eo mihi.*

Eo mihi amare fero suppliciū dānis ad amicā mēā.
Lego, *Ego mihi amore fero*. Vel *amare* est Græcis-
mus, valetque, τῷ εἰώ. (ce, gaudam.

PH. *Vin' tu amplectar, & saviū dē?* ST. *quidvis fa-*
Veteres libri habent constanter, *Vin' te amplecter.*
qnod rectissimum est: nam Priscianus docet *Am-*
plexari veteres pro *Amplexari* extulisse.

Qui (malum) bella aut faceta es, qua ames hominem istiusmodi.

Veteres libri, hominē istimodi. Quod Plauto nostro dignius. Atque hic mihi finis: tu, benigne Lector, si offendī, quod mirum non esse debet in tam asperā & salebrosa Antiquitatis viā, errorem mihi meum & lapsūm humaniter condona.

ADMONITIO.

Amphitr. Sc. Qui me alter.

ME. Clare ad vorsum fabulabor, hic auscultet qua loquar, (metum.

Igitur magis modum in majorē in seſe concipiet Locus corruptus, & scio quid de eo olim pronuntiaverim in Critico, sed nunc alia mihi mens, putoque veram lectionem esse.

Igitur magis modo immaniorem in seſe c. m.

Pag. 30. Graxo scrib. Graco. Adde deinde post Kę̄z. Hinc Graculi dicti.

Pag. 90. lin. 1. Apolog. scrib. Florid.

Pag. 96. ubi disporto de diis medigrumis, & à Gruma derivo, nūc muto sententiā, & malo à Grumus. Nam *Medigrumus*, & *Mediocres* ad verbū planè eadem sunt: ut enim *Grimus* veteribus locum editio-rem significabat, ita & *Ocris*. Ergo *Medigrumi*, & *Mediocres* qui inhabitant medium istū locū: & ita eleganter dii vocantur: quā ratione Olympus mons pro cælo usurpatur. Habitacula verò Deorum per sexdecim cæli regiones distincta vide apud Mart. Capellam lib. 1. de Nupt. Philol. & Mercurii, atque hinc liquet cur alii superi, alii *medigrumi*, sive *me-diocres*, sive *medioxum*, alii *inferi*.

PETRO

R V P I C I S I G N A T O R I O,
nunquam meo, olim tamen
quasi-meo. S. D.

A Periam tibi dolorem meum justificum, quēm nuper, ut Poeta loquitur, fronte serenabam. Ofaciens indignum, & ab amico homine non amicum! Tunc ut illusrus tam proteruiter famae meæ, & clām apud alios suggestiū, corām amici speciem mentitus? Ah! quād mihi pessū scindit vel sola recordatio! Et, fidem tuam appello, sicut illa, conscientiamque rogo, hoccine verum? deinde, si maximē verum esset, hoc ego de te unquam ullo modo promerui, qui te tam sincerè, tam ardenter amavi, ut fratrem frater non posset magis? Quod certè os iſtud tuum, quo sanctissimum amici apud me toties nō men, quo fratri usurpare ausus es, re ipsa nihil minus quam amicus, quam frater, immō infestissimus inimicus? Dic, obſcero, itāne tibi res parui momenti vīsa fuit ludere de famā alienā, ne dicam ami- ci? Nihil inquis logiſſe me pr̄ter Scholiast. Gracos, reliqua ferē tua eſe, qua in Commentario Lycophroniano, & Spicilegio Theocritico: tuum mihi nomen omnes debere paginas implere. Ergo ego miser certè & fatuus, qui quinquenāium jam Literarum studio impendi, si non cum bone valetudinis dispendio, at periculo certè maximo, ut tāto ſcilicet tempore nihil nisi Grammaticorum Scholia truiſſe dicar. Atque eruditionis quidem & ingenii laudem mihi detrahi facile patior, tenuitatis mea conſcius: sed plagi me insimulari, id vero pati nec possum, nec debeo; neque quisquam, qui ingenuus haberi velit, & sit. Parturio & Anticriticum, quo errores meos ſis refutaturus, & vindicias fatturus. Quod ipſum etſi animi iniqui certissimum ſi iudicium; prome tamen, quæſo, gratiam habebo, & Miner-val dabo novo Doctori Quinquatribus. Pr̄terea Plautinas has Curas mera glossemata mortuaria dicitur. Sint ſancte, quo d fortasse verum eſt, cur non in os haec mihi, cum legeres ante penē quam scriberam? Si amicus eras, ita te facere aequum fue-rat, non autem apud alios traducere. Itaque nuntiā te expeto,

ut hæc ad Plautum que diuersorum judicio commisi, tu unus omnia et singula (si quid tibi in tanto capite cerebri) examines: nemo poterit id acrius facere, cum inimicus mihi sis, ideo nihil amori daturus, qui judicium restitutinem interuertere plenrumque solet; quaenam enim viri magni erunt dissimulaturi, tu videbis, et obelo configes. Ejus vicem, si deeris, lingua tibi abunde praefababit, que ad illius instar probè est acuminata, addo etiam, veneno Calumnia imbuta. Nam illud quid esse dicam, quod liber me tuus aliquando uti gloriatu es? Fateor, non sum re adeò laius, ut emere omnia possum, itaq; cum tibi hoc per Fortunam liceat, noli mihi paupertate meam tacito quadammodo conuictio objicere. Queso te, per amore illum quo nuper te prosequi-
sus sum, ne supercilium tolle, si Fortuna tibi blandior opes ple-
nè manu dederit. Quin potius illud Demetrii cogita, & mores
τωλεῖν τοφλόν είναι, άλλα δὲ τινά ἀδρεστανά τινά. id
est, tam indignis eas quam dignis obtingere. Sed quid feceris
tunc vide. Ego dolorem simul et innocentiam hanc epistolam te-
stari volui. Intered manet manebitque altè mente repōstum.
Amicitiam, quod per precones olim fuditum, palam renun-
tia. Vale, ut meritus es.

IOANNES MEVRSIUS
Olim tibi affectu frater, nunc
quem effecisti ut esseim,

INDEX

INDEX

Rerum & verborum in hoc Curarum Plautinarum Commentario.

A		
A Belmus , pro Abeamus.		
162.		
<i>Ab se.</i>	144.	Αὐθεντικός.
<i>Abstit.</i>	32.235.	Αἴρεσθαι. ibid.
<i>Acceptrica.</i>	255.	Apollodorus emend.
<i>Aera.</i>	132.	Apollini arat Compendis di-
<i>Adassint.</i>	38.	cata.
<i>Ærumnule.</i>	75.	142.
<i>Ætolica tunice.</i>	206.207.	Apponere.
<i>Agnus Curio.</i>	92.	Appicare.
<i>Agones.</i>	205.	Appignum.
<i>Agonia!</i>	ibid.	Appropare.
<i>Aγροι χωρ.</i>	205.206.	Arme.
<i>Ajax abigeus, &c melancho-</i>		Arnis.
<i>licus.</i>	57.	232.
<i>Alatrium.</i>	59.	Arnobius emend.
<i>Albus paries proverbiū.</i>	214.	203.
<i>Aletrinum.</i>	60.	ejus lectio defensia.
<i>Allium & sal servorū pau-</i>		64.
<i>perunque cibus.</i>	215.	Artema.
<i>Alpum.</i>	165.	133..
<i>Alvus masculinē.</i>	192.	Asini dicti serui in pistrino.
<i>Amen.</i>	146.	
<i>Ammentum.</i>	145.	
<i>Amire.</i>	84.	
<i>Amplexari.</i>	261.262.	B
<i>Ancæi poculum.</i>	223.	Bacchinal.
<i>Ancillæ Syræ aut Ægyptiæ</i>		42.
<i>habitæ.</i>	172.173.	Barbatores.
<i>Anitas.</i>	170.	ibid.
<i>Annularis digitus soli sa-</i>		Barbatoria.
<i>cer.</i>	114.	201.
		Benus.
		Bignus.
		104.
		Bū.
		160.
		Būs.
		ibid.
		Būs.

INDEX.

Bóba.	<i>Cibas</i>	188.
Bubino.	<i>Cibela</i> .	ibid.
Buo.	<i>Cinfrones</i> .	43.
Bubis glandes dari solita.	<i>Clavum & restim ad suspē-</i>	
256.	<i>dium optare veteribus</i>	
	<i>mos.</i>	204.
C	<i>Cluna.</i>	247.
Calceati dentes.	<i>Clura.</i>	ibid.
Calédis Martii varia à ma-	<i>Cn. Gellii nomen restitu-</i>	
tronis munera mītū soli-	<i>tum.</i> 193. item locus. ibid.	
ta.	<i>Collus.</i>	18, 226.
Calices exhaustos vertere	<i>Colorise fasciola.</i>	214.
olim mos.	<i>Columna.</i>	193.
Calidā lavari lassi soliti.	<i>Columella emend.</i>	7.
Canus.	<i>Commentacula.</i>	151.
Canar.	<i>Comœdiaram Apollini de-</i>	
Canis.	<i>dicabant.</i>	142.
Capræ febre semper labo-	<i>Competi.</i>	191.
rant.	<i>Compe, pro Compos.</i>	201.
Caprugnum.	<i>Confugela.</i>	136.
Carbonarius.	<i>Congerones.</i>	246.
Carbonaria cella.	<i>Conua.</i>	157.
Carnal.	<i>Conspicio verbale.</i>	19.
Carnar.	<i>Contigui parentes.</i>	91.
Casabundus.	<i>Coquino.</i>	42.
Casnar.	<i>Cor Dolium.</i>	92.
Caso.	<i>Cor non habes, convitium in</i>	
Cato emend. 7. vitii argu-	<i>mulieres.</i>	92.
ruf. 238. ejus lectio adfer-	<i>Cora.</i>	59.
ta.	<i>Cordis palpitatio quid por-</i>	
Cauderius.	<i>tendere credita.</i>	164.
Cavilla	<i>Cottidio.</i>	163.
Cavilles.	<i>Crepundia puerorū.</i>	98, 99.
Knōos.	<i>Crucium vinum.</i>	92.
Cercopia insula.	<i>Crumenæ in collo gestari</i>	
Kékeon: qui disti. 241, 248.	<i>solite.</i>	259.
Charisius emend. 220. sup-	<i>Cul.</i>	19.
plerus. 63. reprehēsus. 47.	<i>Cume.</i>	53.
Cherestcus.	<i>Cura aliud, formula.</i>	164.
Chrestus.		36.
Chronica.		255.
Xvrla.	<i>Damnosus pro sumptuos</i>	
	<i>& pro-</i>	

INDEX.

& prodigo.	<i>Eospia.</i>	256.
Dapinare.	<i>Ex acuminibus auspiciandi</i>	
Davi persona quid in Co-	<i>mos vet⁹ militaris.</i> 108, 109.	
mœdiā.	<i>Exbue.</i>	160.
Debil.	<i>Excisare.</i>	101.
Decet vobis.	<i>Exercitus, pro cruciatu.</i>	91.
Degere, pro detrahere.	<i>Exorubula:</i>	252.
Desuare.	<i>Exta Aulicocita.</i>	93.
Deliquum.	<i>Extar.</i>	230.
Dentes Calceati.	<i>Extemplo.</i>	12.
Dentifrangibile manus.	<i>Exurgere.</i>	226.
Desinare.		F
Diana perjuria gravissimè	<i>Falanga.</i>	145.
vindicare solita.	<i>Falatum.</i>	ibid.
cam jurandi mos.	<i>Famil.</i>	18.
Dicare, pro Dicere.	<i>Famino:</i>	192.
Didymus emend.	<i>Farcimina Inficia.</i>	92.
Dii Medigrumi.	<i>Fascia Colorise.</i>	202.
Dycere, pro Glycere.	<i>Fasimt.</i>	38.
Digitoru palpitatio obser-	<i>Femina pro Hemina.</i>	7.
vata.	<i>Ferit, pro Fuerit.</i>	9.
Digitu singuli singulis diis	<i>Ferriterium.</i>	141.
consecrati.	<i>Ferratribax.</i>	141.
Disparè.	<i>Festus emēd.</i> 73, 93, 227, 259.	
Dispennere.	<i>lapfus ejus memoriarē.</i> 79.	
Displicina.	<i>eius lectio defensa.</i> 67.	
Domino.		E
Dwmosius.	<i>Festra.</i>	220.
	<i>Fide & Fidei secundo casu.</i>	
	46, 47.	
Ecer.	<i>Fifula.</i>	165.
Ecore.	<i>Fifulare.</i>	ibid.
Effulatum.	<i>Fipula.</i>	ibid.
Ejuno.	<i>Flagriciba.</i>	188.
Elegans: in yitio.	<i>Flemina.</i>	206.
Enam.	<i>Flos Liberi.</i>	83.
Enunquam.	<i>Fluctus Multigrumi.</i>	96.
Ephebitas.	<i>Fodare.</i>	14, 57.
Epol.	<i>Formis.</i>	126.
Equirine.	<i>Formius.</i>	ibid.
Eſit.	<i>Forſit.</i>	223.
Eſit.	<i>Fortuna Scia.</i>	214.
	<i>Frigidus</i>	

INDEX.

- | | | | |
|------------------------------------|----------|-------------------------------------|------------|
| <i>Frigidus.</i> | 192. | <i>Induceo.</i> | 46. |
| <i>Frigidaria.</i> ibid. | | <i>Infamis digitus Saturno la-</i> | |
| <i>Fritus.</i> | 156. | <i>cer.</i> | 114. |
| <i>Frons parua in laude.</i> 201. | | <i>Infreqens miles.</i> | 247. |
| <i>nimbis minui solita.</i> ibid. | | <i>Inire pro Intrare.</i> | 258. |
| <i>Frontinus emend.</i> | 60. | <i>In mundo esse.</i> | 208. |
| <i>Frucinal.</i> | 166. | <i>Insicia sarcimina.</i> | 92. |
| <i>Fructes ea Dea.</i> | 14. | <i>Integer pro rustico.</i> | 86. |
| <i>Frugi Venus que.</i> 166.167. | | <i>Interidea.</i> | 69. |
| <i>Frutu-</i> | 156. | <i>Inuitis adverbialiter.</i> | 84. |
| <i>Fugela.</i> | 136. | <i>Ips.</i> | 97. |
| G | | <i>Ipsiſti.</i> | ibid. |
| <i>Gaveo.</i> | 168. | <i>Ipsiſti.</i> | ibid. |
| <i>Genere cadere.</i> | 185. | <i>Irnelia.</i> | 17. |
| <i>Gerare.</i> | 14. | <i>Idorus reprehensus.</i> | 203. |
| <i>Glandes bubus dari solitæ.</i> | | <i>Juno hospita.</i> | 70. |
| 256. | | <i>Iuvat vobis</i> | 94. |
| <i>Glossæ emēd.</i> 21.69.196.226. | | <i>Iurandi mōs per Dianā.</i> 168. | |
| <i>Graeciaꝝ.</i> | 98.99. | <i>Iureſca.</i> | 214. |
| H | | | |
| <i>Habituare</i> | 246. | L | |
| <i>Hec pro Hæ.</i> | 131.250. | <i>Læta nuntiantibus vinum</i> | |
| <i>Harpax.</i> | 242. | <i>propinabatur.</i> | 199. |
| <i>Hirnea.</i> | 17, | <i>Lanoculi.</i> | 165. |
| <i>Hiscepro Hi.</i> 157.158.241. | | <i>Lasse lactes.</i> | 64. |
| <i>Hissæ.</i> | 209. | <i>Lassi calidà lavari soliti.</i> | 225. |
| <i>Hercleān.</i> | 223. | <i>Laudea.</i> | 95. |
| <i>Horior.</i> | 73. | <i>Laudicenus.</i> | 197. |
| <i>Hospicari.</i> | 70. | <i>Liberi flos.</i> | 83. |
| <i>Hospita Iuno.</i> | ibid. | <i>Libum Secium.</i> | 92. |
| I | | <i>Licet, pro Liquet.</i> | 41. |
| <i>Illustrior tetrum.</i> | 219. | <i>Linia, pro Clinia.</i> | 256. |
| <i>Imbubinare.</i> | 160. | <i>Lintea tondendis injici fo-</i> | |
| <i>Impenſe.</i> | 58. | <i>lita.</i> | 65. |
| <i>Impertrasco.</i> | 74. | <i>Aīmagōi wādīs cur.</i> | 183. |
| <i>Index digitus Marti conse-</i> | | <i>Lirare.</i> | 196. |
| <i>eratus.</i> | 114. | <i>Lira.</i> | ibid. |
| | | <i>Livius Andronicus emend.</i> | |
| | | <i>181.</i> | |
| | | <i>Lucilius emend.</i> 74. ejus le- | |
| | | <i>ctio defensa.</i> | 64. |
| | | <i>Lucu.</i> | 10.96.232. |
| | | <i>Ma-</i> | |

6

- | | | | |
|------------------------------------|------|-------------------------------|-------|
| <i>Gaveo.</i> | 168. | <i>Ippiti.</i> | 101d. |
| <i>Genere cadere.</i> | 185. | <i>Irnelia.</i> | 17. |
| <i>Gerare.</i> | 14. | <i>Isidorus reprehensus.</i> | 203. |
| <i>Glandes bubus dari solitæ.</i> | | <i>Juno hospita.</i> | 70. |
| | 256. | <i>Iuvat vobis</i> | 94. |
| <i>Glosse emēd. 21.69.196.226.</i> | | <i>Iurandi mōs per Diana.</i> | 68. |
| | | <i>Iuresca.</i> | 214. |

H

- | | | | |
|----------------------|--------------|-------------------------------------|------|
| <i>Habitare</i> | 246. | <i>Læſe lacticē</i> . | 64. |
| <i>Hec pro Ha.</i> | 131.250. | <i>Lassi calidā lavari soliti</i> . | 225. |
| <i>Harpax.</i> | 242. | <i>Laudea.</i> | 95. |
| <i>Hirnea.</i> | 17, | <i>Laudicenus.</i> | 197. |
| <i>Hiscepro Hi.</i> | 157.158.241. | <i>Liberi flos.</i> | 83. |
| <i>Hippes.</i> | 209. | <i>Libum Secium.</i> | 92. |
| <i>Hercleān.</i> | 223. | <i>Licet, pro Liquet.</i> | 41. |
| <i>Horior.</i> | 73. | <i>Linia, pro Clinia.</i> | 256. |
| <i>Hospicari.</i> | 70. | <i>Lintea tondendis injici fo-</i> | |
| <i>Hospita Iuno.</i> | ibid. | <i>lita.</i> | 65. |

I

- | | | | |
|--|------|--|--------------|
| <i>Illustrior tētūm.</i> | 219. | <i>Lirac.</i> | 196. |
| <i>Imbubinare.</i> | 160. | <i>Livius Andronicus</i> emend. | <i>ibid.</i> |
| <i>Impensa.</i> | 58. | 181. | |
| <i>Imperatō.</i> | 74. | <i>Lucilius</i> emend. 74. ejus letio defensa. | 64. |
| <i>Index digitus Marti cōſe-
cratus.</i> | 114. | <i>Lucu.</i> | 10.96.232. |

INDEX.

- | M | M | M | M |
|-----------------------------|-----------------------|-----------------------------|-----------------|
| Macrobius emend. | 23. | Mi parentes. | 227. |
| Madæstum. | 146. | Mis. | 131.210. |
| Magis. | 214. | Mna. | 31. |
| Magnalia. | 35. | Molæ Prespiæ dictæ. | 23. |
| Magnus pro stolido. | 161. | Momar. | 105. |
| Maius, pro magnus. | 254. | Monerula. | 60. |
| Maius Deus apud Tuscula- | ibid. | Monumenta. | 98. |
| nos lupiter. | ibid. | Marrari. | 155.183. |
| Mantitor. | 261. | Mortare. | 62. |
| Manticinari. | 60. | Mortuaria. | 35. |
| Mare, pro Meare. | 245. | Mos mittendarum sortium | |
| Mars Pugnator. | 153. | in peluum. | 76. |
| Bellator. | ibid. ejus templum. | Mulier es, convitum in mul- | |
| ibid. ejus templum. | ibid. | liereis. 29.eædë pectus pro | |
| Pausus. | ibid. | corde habere dicitæ. | ibid. |
| Martianus Capella ilustr. | 8. | Multigrani fluctus, | 196. |
| ejus lectio defensa. | 255. | Munditari. | 74. |
| Matrona Kalédis Martiis va- | 139. | Mundus rusticus. | 172. |
| ria munera mittebat. | ibid. | Munera die natali missiçu- | |
| Mavolim. | 56. | lata. | 119. |
| Medecum. | 130. | Munire, pro Mandere. | 62. |
| Mederga. | 112. | N | |
| Medicine, pro ædibus medi- | ibid. | Nævius emend. | 33. |
| corum. | 111. | Eius Pel- | |
| Medigrum dii. | 96.262. | lex asserta. | 190. |
| Megabyzzi Diana, sacerdo- | ibid. | Ne pro Non. | 23. |
| tes. | 128. eunuchi fuerunt, | Ne musca quidem. vetus di- | |
| & custodiæ socias virgi- | ibid. | ctum. | 243. |
| nes habuerunt. | 129. | Neparcis. | 187. |
| Mepe. | 7.8. | Nequalia. | 35. |
| Melancholiç signa. | 57.149. | Neretæ. | 52. |
| Mellissa. | 71. | Nesapus. | 32. |
| Mellina. | ibid. | Neutra antiquæ pro mascul- | |
| Mepte. | 34.151. | linis. | 30. |
| Merix. | 163. | Nis. | 57. |
| Miles Infrequens. | 247. | Nonius defensus. | 19. lapis |
| Militare auspicium. | 108.109. | memoria. | 79. reprehendi- |
| Milli. | 253. | sus. | 107.109.160. |
| Minæ ovæ. | 257. | Novius emend. | 194. |
| Miper. | 258. | Nuculem. | 337. |
| Minus, pro Parvus. | ibid. | O | |
| | | Obstire. | 32. |

INDEX.

Quid bonum?	Vetus formu-	Siflare.	165.
Ta.	174.	Siflum.	ibid.
Quips.	97.	Simia per convitium qui di- cti.	241.248.
R		Simil.	17.
Rabo.	157.	Simpurium unde dictū.	160.
Raptare, pro Convitari.	158.	Simularices.	139.
Ravastellus.	117.	Simulter.	190.
Reducere paſſivē.	27.	Sifpes.	209.
Releitus.	135.	Socrus apud veteres commu- nis generis.	150.
Reliquia.	154.	Sola tercī.	222.
Reliqui, Sabina dictio.	28.	Solere, notione obſcenā.	134.
Remulco ſequi.	127.	Solitare.	247.
Renogare, Sabina dictio.	27.	Solla. 233. Babylonis in- ſterni ſolita.	ibid.
Reſtim & clayū ad ſuſpen- diū imprefcarimōs.	204.	Solla ferme.	ibid.
S		Sollaria.	ibid.
Saliare carmē emend.	23.	Sollisternum habere.	ibid.
Sal & alliū ſervorū pau- perumque cibus.	215.	Somnū.	89.
Samare.	234.	Sophoklēs.	197.
Scaphium.	214.215.	Sorbitium.	205.
Scalum, pro Cx̄lum.	23.	Sorum, pro Eorum.	182.
Scena, pro Cena.	ibid.	Spania.	157.
Scenaculum, pro Cena culum,		Sticorum cibus polēta.	63.
—ibidem.		Strāpō.	157.
Scenam, pro Cenam.	109.	Stria.	260.
Scenice meretrices.	ibid.	Stridula.	157.
Scorea.	228.	Stridia.	260.
Scerutum.	105.	Stura.	156.
Scustum.	103.	Sabefus.	163.
Scen libum.	92.	Submentum.	146.
Scētus.	151.	Subtil.	18.
Semicinctum.	210.	Subdos placo, vetus loqui- tio.	185.
Semib, pro Hemina.	70.	Sudiculum.	250.
Semibonari, pro bonari.	211.	Summanare.	65.234.
Senicas.	235.	Summani fures dicti.	234.
Sequo, pro Dico.	165.	Supplicium, pro Supplicatio- rum.	120.
Servi in piſtrino Afīni dicti.		Sufcipio verbale.	18.
25.		Sufſtru.	90.
Servi ſale emiſoliti.	81.	Tacio.	
Selopin.	256.		

INDEX.

Ob vos ſacra, vetus loquio-	rum inductionem.	189.
Occafio.	Pedifeſequ olim lecta Syrē,	
	aut AEgyptiā.	172.173.
Ocritis.	Pellex Nayū asserta.	150.
Oculi dicti Dynastæ.	Peregrī.	4.
Oculorū dolores panniculo laneo diſſimulari ſoliti.	Perjuria à Diana vindicari credita.	168.
Olivetan.	Perviam eſſe.	192.
Opio.	Phanifa ancilla.	160.
Orphiss.	Φάσκωλος.	228.
Oraments.	Picē ferventem inimicis in potum optare mos.	172.
Oves Mine.	Plaſtayovia.	98.
Ovidius emend.	Plena.	64.
Ovium Græcarum preſtan-	Pleni dentes.	64.
tia.	Plinius emend.	239.
P	Polenta Stoicoruſ cibus.	61.
Pacere.	Pollex Veneriſacer.	114.
Paciō.	Poſſidem.	39.
Pacuvius emend.	Pastridio.	193.
Palpitatio digitorū unguiu-	Pacuvius emend.	17.
que obſervata.	Pafamino.	192.
Pane.	Paganas.	28.
Papa.	Premetium frumentum.	92.
Papare.	Præctatū, pro obſcenā.	55.
Papaver unde dictum.	Pri.	213.
Pagglījēs Atheniensījū.	Priceps.	ibid.
Paratiſi Scorta dicti per ri-	Primitus, pro Primarius.	159.
ſum.	Prifcanus emend.	10.45. re-
Pareſtati.	prehensus.	32.
Paries albus, proverbiū.	Progredimino.	192.
Parſo.	Propatuli boves.	250.
Parſelus.	Propter.	39.
Parſeolus.	Propus.	ibid.
Patiri.	Proſcenium Nannium.	5.
Patuli boves.	Pterelās, pro Pterelaus.	14.
Patulis.	Pueril.	100.
Pauſus Mars.	Pugno legere.	15.
Pectoris palpitatio quid por-	Pulcralia.	35.
tendere credita.	Punicarna.	105.
Pedum.	Querit, pro Quarat.	38.
Pedes ungi ſoliti ante calce-	Quid	

INDEX.

T

Tatlo. 210.
Tam, pro Tamch. 194.
Tame, pro Tam. ibid.
Tarna. 232.
Tax. 241.
Tectum illustror. 220.
Tederga. 55.
Templa Minora. 12.
Templum antiquè quid. ibid.
Terentius emend. 158.
Tetini. 166.
Tis. 187.
Tišwru ynegs. 149.
Titinius emend. 194.
Tondendis linteia injici so-
lita. 65.
Tortulus. 7.
Tortus. ibid.
Transmitteras. 153.
Tremi passus. 153.
Trit. 63.
Turbina. 136.
Turpilii Demetrius. 134.
Tutuli. 7.

V

Varro emend. 7. 27. 107. 188.
rēpreh. 12. *cjus lectio de-*
fensa. 105.
Vellare. 14.
Ventu. 89.
Venus Frugi. 166. 167.
Verbinelitaro. 31.
Veteres, pro senibus. 110.
Viatorum furca. 79.
Vittare. 54.
Vitiorie. 249. 50.
Vidueri. 258.
Vinum Crucium. 92.
Vinū lata nūciantibus pro-
pinari solitum. 199.
Vipianus Ic. emend. 157.
Vnguium palpitatio obser-
vata. 114.
Vuls, pro Quidani. 209.
Voleris, 186.
Volim. 56.
Vilitas, pro Vsus. 118.
Vxores à maritis Iunones di-
ctae. 126.

P I N I S.